¶ Rñdenduz ad hoc q̄ ista ordinatio decanor quinquagenariorum ⁊c. non manfit. Primo q̄ ista coordinatio iudicuz fuit ad exhauriendum aliquā multitudinem. s. vt taliter diuidendo tota multitudo sit per iudices adequata: ⁊ hoc optime cōuenie bat in deserto: q̄ erat totus populus simul: ⁊ diuidebatur p̄ decenas ⁊ quinquagenas centenas atq̄ millenas: ⁊ sic accipiebā tur iudices: nunc aūt nō ita: sed quilibet locus siue paruus siue magnus per se hēbat iudices: ⁊ non poterat diuidi per centenarios ⁊ millenarios: ⁊ sic de alijs: q̄ interdum essent sex aut septem: aut nouem decani sub vno quinquagenario: eo q̄ nō eēnt cētum viri i loco illo vt possent fieri duo quīquagenarij ⁊ vn̄ centurio. ergo non debebāt sic iudices diuidi sed quodaz alio modo. Aliqs diceret q̄ iste modus iudicum non cōueniebat in terra p̄missionis: q̄ qñ isti iudices instituti sunt tñ minora iudicabant: que aūt magna erant ad moysen deuoluebātur vt vt p̄z Exo. 18.c. nunc aūt moyses non erat futurus in terra chanaan: ergo non erat permansurus ibi talis ordo. Rñdetur q̄ b̄ nihil est: q̄ licz moyses non erat semper mansurus: tñ sicut mane te moyse subordinabātur ad ipsum: ⁊ determinabat omnia dubia siue directe siue appellationem ad euz causis deuolutis: ita nunc erat consistoziuz iudicum in loco sanctuarij ad qō deuoluebantur omnes cause difficiles qualiscunq̄ conditionis eēnt vt p̄z sequenti. c. ⁊ quod illi determinabant firmum manebat: nec debebant alij iudices regi quādo potius quicunq̄ recusaret stare iuie illorum iudicum morte dignus erat vt p̄z eodez c. ideo nō erat ista causa: sed ea que supra assignabatur. Itē nō manfit ista coordinatio: q̄ tunc oaretur multitudo iudicuz inutilis valde. nam q̄ quilibet locus diuideretur per decanos ⁊ quinquagenarios ⁊ centuriones: ⁊ sic de ceteris videbatur eē valde superfluum. s. q̄ in vno loco vbi essent centum boies ponerent iudices tredecim. s. decem decani qui erant inter centū boies ⁊ duo quinquagenarij ⁊ vnus centurio. satis enīz videt hoc ponere multitudinez sine necessitate: immo sine aliqua vtilitate cuz sufficeret in tali loco vnus iudex aut duo.

B

Obiectio

¶ Et si arguas ex eodem fundamento q̄ tunc eodem modo esset inconueniens q̄ fuisset facta talis iudicum distributio in deserto: cōstat tñ q̄ facta fuit vt patet Exo. 18.c. cum dicitur quibus auditis moyses fecit oia que illi suggesserat. Et electis viris strēnuis de cuncto israel constituit eos p̄cipes populi tribunos ⁊ centuriones ⁊ quinquagenarios ⁊ decanos. ergo hic in ciuitatib⁹ fieri poterat talis coordinatio eodem modo.

Rñsio

¶ Ad hoc rñdet q̄ nō est similitudo de statu israelitar in deserto: ⁊ de statu eorum in terra chanaan: q̄ in terra chanaan non indigebāt tot iudicibus sicut in deserto cuius fundamentum est: q̄ iudices dāt ad determinādum litigia: cū q̄ plura litigia sunt plures iudices necessarij sunt: sed in deserto necessario erant plura litigia. ergo plures iudices esse debebāt. Añs p̄z: q̄ litigia oriunt ex cōi catione: q̄ qui i nullo cōicāt nunq̄ litigant: sed in deserto erat maior cōicatio cū oēs simul essent ⁊ locarent castra simul ⁊ vn⁹ occuparet locū qui debebat alteri: ⁊ sic de ceteris causis iurgiorum. q̄ ibi multi iudices esse debebant: ⁊ sic facta fuit talis iudicum distributio. s. centurionū tribunor qnquagenariorz ⁊ decanorz: cum aūt essent in terra chanaan habitaturi erāt in ciuitatibus ⁊ oppidis: ⁊ acceptis singulis possessionibus nō erat locus tñ obiurgādi: iō non erat necessaria ibi talis iudicuz distributio: sed in qualibet ciuitate ⁊ oppido ponebātur certi iudices ſ fm necessitatē loci: ⁊ hi vel eligebātur a popularibus loci illi⁹: ita vt esset p̄ncipatus aristocraticus: aut ponebātur a senioribꝰ qui erāt iudices in sanctuario: aut ponebantur a regibus sicut nunc fit: ⁊ ob hoc quasi nō fuisset māsurus talis principat⁹: aut ordo iudicatiuus qualis antea extiterat. Nunc in tpe quo īgredi deberent in terrā chanaan dedit regulaz de ponēdis iudicibus de alia coordinatione iudicuz. s. 70. senior. ¶ Dōm q̄ ambiguum est vtrum manserint post ingressum in terram chanaan: sed nō est aliqō incōueniens eos mansisse: ideo in hac parte satis assentiendum est iudeis qui dicunt semp fuisse in israel 70. seniores qui regerent domū iudicij ⁊ manebāt ab illis. 70. senioribus quos elegerat moyses per successiōes: ⁊ hi erāt maxīmi iudices ad quos subordinabātur oēs iudices qui erant in alijs locis ⁊ isti. 70. iudices ducti sunt in babylonem tpe captiuitatis sicut innuitur. 4. Reg. 24.c. ¶ Et cum arguis q̄ non potuerit manere ista coordinatio iudicuz postea: q̄ aut essent. 70. iudices in quolibet loco qō erat incōueniēs aut soli. 70. in tota terra chanaan: quod rursus incōueniens erat. ¶ Rñdet q̄ neutrum horum erat: sed isti decem iudices ponebātur in loco sanctuarij: ⁊ erant maiores iudices totius israel ad quos oēs magne cause deuoluebātur: in alijs aūt locis ponebantur iudices quotquot necessarij essent siue multi siue pauci: iō nullum incōueniens erat ad hāc positionem. (Nec in alteram partem declinēt.) Uia iuris dr̄ via recta: q̄ aūt a iure deuiat q̄ocūq̄ deuiet declinat ad vnam vel alteram litigātium partem. (Non accipies p̄sonam nec munera.) Ista duo peruertūt recta iudicia. s. personam accipere: ad quod reducūtur odium ⁊ amor. Et recipere munera de acceptione p̄sonaz dictuz fuit supra primo. c. ⁊. 10. satis late. (Qui excecant oculos sapientū: ⁊ mutant verba iustor) .i. faciunt q̄ declinent oculos ne rectum videāt sicut senes exardescētes in pulchritudinē susanne declinauerūt oculos suos ne viderent celuz ⁊ ne recordarētur iudiciū iustor. Dani. 14. c. ⁊ mutant verba iustoruz: recte hic ponunt ista duo distincta: q̄ ad sapientem cognoscere pertinet que cognitio per oculos designat: ⁊ hos claudit minus acceptio ad iustum ptinet recta distributio: ⁊ ista in iudice est in sniando. sniare autē in verbis est: ⁊ hec mutat p̄sonarum vel muneruz acceptio. (Juste qō iustū est p̄sequeris.) Nihil est iustū agere nisi iuste fiat: q̄ modus agit in moralibus ad spēz actus: affect⁹. n. operi nomē iponit. pōt enim aliqs iustum agere ⁊ peccare mortaliter: q̄ nō agit bona volūtate ⁊ ad rectum finem: q̄ vt cōcludit boetius per totū quartum de cōsolatione nullus iniuste patitur: licz multi iniuste agant: nemo enim iniuste occidit multi tñ iniuste occidūt: cuz q̄ iustum ⁊ iniustū respiciāt operationē ⁊ non cōditionez aliq̄s operātis illa occisio iusta erit: ergo ad bñ viuere opz respicere modum: q̄ hoc est oīs virtus. Et dirigit hoc p̄incipaliter ad iudicez qui nō solum iustam iniam dare debēt: sed ēt ex iusto aio ⁊ fm processum iuris.

†

†

†

†

D

Obiectō

Rñsio

Sciēs se iustā fouere litē p̄ calumnias pōt se defendere.

¶ Et si obijciatur id qō cōiter dicūt iuriste. s. q̄ ille qui scit se iustaz cām fouere: ⁊ inquietat iniuste pt se per calumnias defendere: vel ō aduersarium agere.

E

¶ Rñr q̄ ibi agere per calumnias est iuste agere: vel iniuste iustum p̄sequi: q̄ sic recta rō fieri dictat: ista circūstantia q̄ est iuste licz determinet modū qui signat per istā vt vel qualiter: tñ hic vliter accipit p̄z oī mō qualitatis determinātis opus siue p̄z oī circunstātia que opus limitat: siue fit finis: siue tps: siue modus: ⁊ sic de ceteris: in quocūq̄ aūt horz erretur circa opus iuste nō fit. (Ut viuas) .i. ⁊ viues sic faciendo: q̄ vt nō teneat vt signans finem: sed ōntiam. i. q̄ ad tales opationes segtur magna vita in agēte talia: q̄ volebat deus q̄ licz per istas iustas operatōes mererētur vitam eternam: exp̄sse tñ p̄mittebatur eis ista sic erat per oia alia mādata legis: q̄ faciendo ea merebātur facientes vitam: ⁊ alia bona tpalia vt p̄z Leui. 18.c. cum dr̄ custodite leges meas: atq̄ iudicia mea que faciēs homo viuet in eis: ⁊ ista differētia ponit inter legem nouā ⁊ veterem: q̄ licz tam fm statum vite veteris q̄z fm statum legis noue qui bñ agit meretur vitam eternā ⁊ quietez in vita tpali: tñ in lege veteri exp̄esse p̄romittunt bona tpalia ⁊ subticētur eterna: ⁊ in lege noua p̄romittūtur eterna ⁊ tpalia subticētur: istam differētiam assignat apls ad ro. 10.c. dicens moyses. n. scripsit: q̄m iustitiam que ex lege est q̄ fecerit hō viuet in ea: in illa aūt que ex fide dicit q̄ si cōfitearis in ore tuo dñm iesum: ⁊ in corde tuo crediderīs saluus eris: ne tñ penitus aliqs credat q̄ in veteri lege sola bona tpalia p̄mittūtur: interdum exp̄imūtur eterna: ⁊ ne credatur q̄ obseruatoribus legis noue sola bona eterna cōferant: etiam

aliqñ

aliqñ ꝓmittuntur tpalia: ſed raro in lege veteri eterna exprimuntur: ⁊ tpalia in lege noua: ꝙ aũt in lege veteri aliqñ ꝓmittuntur eterna bona ꝑz Eſa. vlti. c. vbi cũ agit de eternis gaudijs dr ſerui mei comedent: ⁊ vos eſurietis ſerui mei bibent ⁊ vos ſitietis: ⁊ in libro pſalmor interdum de hoc dr ꝙ in lege noua tpalia ꝓmittunt ꝑz Mat. 19. c. vbi dr ꝙ qui aliqd ꝓp chriſtũ reliquit: centuplum accipit in hoc mundo: ⁊ in futuro vitã eternam: rō tñ diuerſe expreſſionis eſt: qz lz in lege veteri vtrunq; bñ agentes mereant: exprimitur tñ id qō magis reducere poterat animos operantiũ: ſtatus aũt ille fuit imperfectus: ideo homines mouebant ad verum bonum per iſta que non ſunt vera bona: ſed veror ſimulachra bonor in lege noua: in qua bene agentes vtrũq; promerentur eterna bona explicantur: qz perfectior ſtatus iſte erat: ⁊ viris magis perfectis vari debebat: iō
5 † per amorem virorum bonorum: in ipſas rectas operationes
† moueri debebant. (Et poſſideas terraz quã dñs deus tuus dederit tibi.) Sicut ꝓpter iniqtates ſuas. 40. ānis ab ingreſſu terre promiſſionis coerciti ſunt: ita ſi in ea exñtes preuaricarent irritum faciẽtes fedus qō cum dño perpetrarent excluderet eas de terra illa: vt ꝑz in captiuatione decem tribuum que vocabãtur iſrael vt ꝑz. 4. Reg. 17. c. ⁊ in captiuitate duarum tribuum quevocabantur iſrael vt ꝑz. 4. Re. 17. c. ⁊ in captiuitate duarũ tribuum. ſ. beniamin ⁊ iuda in babilone: ⁊ ex hoc oriebãtur eis cetere aduerſitates boſtiles cum vero pactum firmiter obſeruarent habitabãt in terra ſua: ſine vllo terrore nemine pſequẽte. (Non plantabis lucum.) Conſtitutis. ē. iudicibus hic ponit
† officij eorũ executio: ⁊ qz iudex dr quaſi ius dicens: vt in. c. forus extra de vbo. ſig. iō oportet poni ius circa quod iudex ſe exerceat: ⁊ primo ponit id qō ad latriã pertinet ſtabilitẽdo latriã: ⁊ deſtruendo idolatriam. (Non plantabis lucum.) Hẽtiles plãtabant apud altaria deor ſuorum arbores denſas: vt ibi exercerent obſcenitatem que regrebatur in ſacris dei ꝑpi. de quo ſupra. 7. c. dixim⁹: vel vt ſepe dictum eſt: qz in arboribus illis fiebant imagines inciſis corticibus ſm certa tpa ad deriuandũ celeſtem virtutem: vt in capitibus ferreis. (Et oēz arborẽ.) Nõ ſolum ꝓhibet lucus qui eſt denſitas arbor: ſed ẽt vna ſola ar
† bor: qz vtrobiq; idolatrie ſuſpitio eſt. (Nec facies tibi atq; conſtitues ſtatuam). ſ. ad adorãdum: ſed ad memoriam conſtituere licebat: ſicut iacob cõſtituit ſtatuã ſup ſepulchrũ vt ꝑz Geñ. 35. c. vbi lra noſtra dicit erexit titulum lra hebraica hz. conſtituit ſtatuam: qz eadem victio hebraica ponit hic ⁊ ibi. Et hoc verũ
† eſt in ſepulchris: vel in alijs locis nõ ſuſpectis quor certa eſſet ſignificatio non tñ in altaribus: qz ſcandalum eſt. (Nec conſtituetes ſtatuam que odit dñs deus tuus.) Facere ſtatuã eſt de no no fabricare: cõſtituere etiam eſt ſtatuam iam factã in aliquo loco ad adorandum ponere: ⁊ vtrunq; malum eſt.

Capitulum.xvij.

idolatre lapidãt.

On immolabis domiõ deo tuo bouem ⁊ ouem in quo eſt macula aut quippiam vitij: quia abo/minatio eſt dño deo tuo. Cum/qz reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarũ quas dñs deus tuus dabit tibi vir aut mulier qui faciant maluz in conſpectu domini dei tui.

Cõnexio capituli

Diuiſio eiuſdem

Qō. 1 A Sacrificia q̃daz erãt ſpõtanea aliã nec̃ia.

Non immolabis. Supra poſita fuit mã circa quã iudices laborar debẽt. Dic ponit modus executionis ſm mãz datã. Et tanguntur tria. Primo executio mũdicijs oium iudicũ excellentiũ ſiue minor. Scõo ponit inſtitutio ⁊ ordinatio iudicũ leuiticor ibi. (Si difficile ⁊ ambiguum.) Tertio apponunt cõditiones regũ ibi. (Cum ingreſſus fueris nõ immolabis dño bouẽ aut ouẽ in quo macula.) De hꝫ magis Leui. 22. vbi diſtinguit i textu ꝙ aut ſunt ſacrificia votiua: ſiue per neceſſitatem vt pro pctõ: ⁊ tunc nõ recipiẽt aĩal maculatum. Si autẽ ſpontanee dabãt: aut ad immolandũ: aut ad hoc ꝙ vẽderẽt ⁊ cõuerterẽt in alios vſus. Quantũ ad primũ nullo mõ poterat: qz non ponebat de eo aliquid in altari: nec ſanguis: ſed vẽdebant ſacerdotes vel comedebant ſine aliqua immolatione: qz hoc ptinebat ad ius eor ſicut alia ſacrificia: vt dr Num. 18. c. veritatem huius magis diximus. ē. 15. c. ⁊ ibi vide diſtinguẽdo maculas que notabãt immolationẽ vel q̃ non. (Qz abominatio dño deo tuo eſt). i. deus odit talem immolationẽ: qz in hoc videt cõtemni: qz talia nõ deberent dñis tpalibus: qbus magis vult deus honorari: de quo ſatis diximus ꝑcedenti. c. 15. (Cum repti fuerint.) Hic ponit principalis inqſitio ⁊ executio: qñ iudices hẽ debẽt. ſ. circa idolatriam remouendã: ſicut nunc ꝫ heretica prauitatẽ. (Apud te). i. in terra tua. (Intra vnam portar tuar). i. in aliqua ciuitate: vel loco q̃ ſunt clauſi muris: ⁊ hñt portas. Et hoc ſolũ cõueniebat habitatoribus terre illius: qz dicit intra portas: ſi tñ aliqs gentilis trãſiret per terram eor qui idola colerent: vel videret eum facientẽ aliquas cerimonias idolor nõ puniebat per iſtã legẽ: ſed ſolum habitates in terra: ſiue iudei ſiue conuerſi. (Vir aut mulier.) Non eſt aliqua differẽtia faciendа qcũq; enim hoc ſe cõmaculauerit facto mortis reus eſt: nec aliqua occaſione ſibi parcendum eſt: ſiue mulier ſiue vir: ſiue nobilis ſiue ignobilis. (Faciant malum.) Idolatria autonomate malũ dr: qz directꝫ ꝫ deum eſt: de hoc magis. ē. 5. c. diximus. (Et trãſgrediant pactum illius.) Qz iſrael pepigit fedus cum dño in monte ſynai qñ deus eis dedit legem: ⁊ ipſi dixerunt oĩa que mãdauit dñs faciemus: vt hz Exo. 19. ⁊. ē. 5. c. inter q̃ hꝫ pacti cõtinebat nõ colere deos alienos. (Solem ⁊ lunam: ⁊ oẽm militiã celi). i. oẽs alias ſtellas vel ſtellatões. Et poſuit exẽplum in opibus celi: qz lz aliqui colerent elemẽta aliqui res elementatas: cõiter tñ magis colebant corpora celeſtia: de his plura diximus ſupra. 4. c. (Ut vadant ⁊ ſeruiant.) Non dr ꝙ iſti irent ad ſeruiẽdum dijs alienis: ita ꝙ egrederent de terra iſraelitar: ⁊ irent ad habitãdum inter alias gẽtes colentes idola: qz tũc nõ poſſent eos punire iſraelite: nec mandaret hic iudicibus eorum ꝙ talibus penas infligerent: maxime: qz hic ſignat ꝙ deberet eſſe intra ipſam terrã iſraelitar: qz mandatur ꝙ fiat inquiſitio: ⁊ ſi fuerit cõpertum ſcelus educatur qui peccauit ad portam ciuitatis qõ neceſſario intelligitur de terra promiſſionis: ẽt qz dr in principio cum reperti fuerint apud te intra vnam portarum tuarum: vir aut mulier qui faciant malum: ſed accipitur hic vadant: prout ſignificant quẽdam motum ſaltem animor: qz ſicut ille qui ad aliquem locũ vadit mouetur: ita ſiquis deuz ante colebat: ⁊ poſtea conuerſus ſimulachra colat: recedit a deo vero: ideo ire aĩ vel accipitur large ire: prout eſt modus cõis in ſacra ſcriptura veteris teſtamenti conformis modo vulgari hebraico ꝙ quando aliquis aliquã rem incipit quam ante non faciebat dr ſurgere vel ire: quaſi moueat de nõ agere ad agere exeundo de potentia ad actum. (Dijs alienis). i. dijs gẽtilium qui lz dij ⁊ ꝓñ
† nec dij ꝓprij nec alieni: tñ loquẽdo ſm intẽtionẽ gẽtiũ q̃ iſtos vt deos colebãt iſti dij alieni erant: qz iudei nunq̃ tales deos cognouerant p aliquã operationem miraculor: vel p traditionem patrum ſuor: gentiles aũt cognoſcebãt iſtos vt deos: qz lz nõ in aliqua ſupnãli operatione: tñ ex antiquor inſtitutis: ⁊ pr̃nis legibus tanq̃ ſacrum hoc hẽbant: iudei aũt nullo iſtor modor: iõ dr ſupra. 13. c. camus ⁊ ſeruiam⁹ dijs alienis quos ignoras tu ⁊ pres tui. (Ut ſeruiant eis.) Seruire eſt exhibere cultũ i ſacrificijs: vel in feſtor obſeruatiõibus: vel alijs honorificis ap
† paratibus. (Et adorent eos.) Eſt adorare inclinare caput: vel ce
† teras corporis attollere: aut flectere ptes: prout p hec ſignum q̃dã reuerentie iportat. (Solẽ ⁊ lunã.) Gentilis fatuitas ſm deſideria ſua deos ſibi varios adinuẽit: vt tot eẽnt dij quot res vniuerſe immo plures dij q̃ res: qz frequenter eidẽ rei numero ſm diuerſa tpa diſparatos diſtribuunt deos: ⁊ hij oẽs ſicuti aliqd numinis hẽre credunt ita colunt: qz tñ cõis conceptio animor eſt deum eſſe id quod: aut melius oium entium ẽ: aut quo melius excogitari nihil põt: quilibet ſm ꝙ aliqd vt optimum appẽhendebat: ita illud vt deuz cõſtituebat. Qz tñ inter oẽs res nãles que vident de qbus ſolum vulgaris ruſticana ſimplicitas indicat nihil melius ẽ: ⁊ apparet q̃ ipſa celeſtia corpora ſi illa animata eſſe credamus: iõ in illis plericq; gentilium qui inter ceteros errantes nõ tñ delirauerunt deitatẽ ſummã arbitrati ſunt. In his aũt ſunt duo. ſ. corpora celor qui ſunt ipſi orbes: ⁊ ipſe ſtelle: corpora aũt celeſtia non ſunt multũ viſibilia pp ſubſtantie raritatem: qz lux eor eſt modica: ⁊ non eſt in corpore determinato: ideo de his ſicut nec de rebus pure intellectualibus ruſticana gentilitas non curauit: nullus enim vnq̃ inter gentiles reperietur: qui orbem ſolis ⁊ lune deum vocauerit aut coluerit: plericq; tñ ſolem ⁊ lunam: ⁊ cetera aſtra deos vocauerunt. Alia rõ eſt: qz vna eſt magna pfectio: ideo lz aliqs res inanimatas deos eẽ poſuerunt: qui tñ maturus ſapiebant ſolis rebus viuentibus numina tribuebant: res aũt viuẽtes habent in ſe ſui motus principium: ⁊ nihil viuens eſt: quod moueri non poſſit niſi ſit vltimus gradus animatorum quibus ſolus tactus eſt pro ceteris cognitiuis potentijs: ⁊ loco veri mot⁹

Precipua inquiſitio⁊ executio.

Qō. 2. A De dijs varijs gẽtiliũ

sola cōstrictio ⁊ dilatatio sicut sunt conchilia ⁊ ostree: ⁊ cetera aīalia nāliter petris affixa: dato ḡ q; orbes celestes viderent sicut ipsa stellaꝝ corpora vīr: q; tm̄ non potest percipi motus celi sicut pcipit motus stellarum pp moueri in quo putabant gentiles non esse eos animatos: vel ita pfectos: sicut ipsas stellas: iō non colebant orbes celicos sz stellas. ¶Sed adhuc in istiꝫ magna fiebat ozia: q; sol ⁊ luna magis q̄ cetera astra cognoscūt: iō magis colunt: ⁊ potius vt dij extimātur: ⁊ hoc ē ꝓmo ꝓpter eoꝝ notabilem magnitudinē. nā cetera astra maiora sint q̄ luna q̄ nobis visibilia sunt distincte: tm̄ maior nobis luna appareret q̄ aliq̄ de astris: imo maiꝰ q̄ multa simul astra sunt. ergo iste due stelle inter ceteras quātitatis maioritate īsignes. ¶Secundo pp varietatem motus: q; aliqñ ascendunt versus caput cancri ad latitudinē septētrionalem interdū vero declināt versus caput capricorni trāseundo totā mediam latitudinē: ⁊ hoc in eis magis declarant suos motus: in stellis aūt alijs sic nō ē. nā ille stelle q̄ī octaua spbera sūt declinationes nō bñt: iō nō vocant planete siue erratice: q; eundē circulum motus sui destribuūt in eternum: iō minus pcipitur istaꝝ motus: alie aūt q; stelle que planete vocant: lz declinationē septentrionalem ⁊ meridianam bēant sicut sol ⁊ luna: q; tm̄ in figura ⁊ quantitate ab astris fixis vix distinguntur: nisi a rarissimis ⁊ sapientibus q; hoc diligēter inspiciāt: iō cōiter motus declinationis earum nō iudicat ab oībus: quantū ergo ad hoc ēt sol ⁊ luna insignio̊es sunt. s. in motu saltem quātum ad apparentiā. ¶Tertium ⁊ principale in his est efficiēdi virtus: q; maior valde virtus pcipitur in inferioribus bis ab his duobus luminarib⁹ q̄ a ceteris astris: dolose aūt ita planum est vt stilo nō egeat. nā hic annos ⁊ tpa ⁊ dies distinguit ⁊ efficit: ⁊ nos luce sua letificat: ⁊ sanos reddit caloze suo. terre nascentia germinare facit: ⁊ postremo q; quid in terra oritur ⁊ occidit: corrumpit ⁊ gignatur in ipsius ptāte est: sic ait ari. in scō de gnatione ⁊ corruptione q; pp accessum ⁊ recessum solis in circulo obliquo fiunt gnationes ⁊ corruptiones in terra: iō homerus vocauit solem patrez deoꝝ virozumq; : ēt ex hoc inter gentilium deos q; ex magnitudine ⁊ excellētia sua selecti. i. spāliter electi dicti sunt null⁹ maior q̄ phebus siue apollo aut sol q; idem signant pter iouez qui pz oīpotens oz fuit: cā aūt huius lr̄alis est: nec assumit ex nā celesti. ¶De luna ēt idem pz. nam luna spāliter noctes illuminat ēt sup omnia humida ptātem gerit: ipsa fluxus ⁊ refluxus maris per quadraturas suas intensius ⁊ remissius facit: ipsa toti⁹ agriculture que sup humiditatem fundat vīa. Et ei antiqui gētiles qui in terre cultura ꝓficere desiderabant libamina spāliē offerebant: idē enim iudei fecerunt: q; vt abundarent panibus ⁊ vino ceterisq; q̄ de agricultura colligunt lunaz q̄ diana oz: vt phebe vel latonia virgo: aut plutonia coniux: vel ꝓserpina aut regina celi: vt ipsi iudei nuncupabant adorabāt ei libamina offerentes: sic pz Hiere. 44. c. cum rñdētes oēs mulieres hebreoꝝ ipsi Hieremie cum nolēt colere deū dixerunt: sermonē quē locutus es ad nos in noīe dñi non audiemus ex te: sed faciemus oē vbū qō egredit de ore vro vt sacrificem⁹ regine celi: ⁊ libemus ei libamina: sicut fecimus nos ⁊ pres nri: reges nri: ⁊ pncipes nri in vrbibus iuda: ⁊ plateis hierusalē: ⁊ saturati sumus panibus: ⁊ bñ nobis erat: malumq; non vidimus ex eo autem quo cessauimus sacrificare regine celi: ⁊ libare ei libamina: idigemus oībus: ⁊ gladio ⁊ fame consumpti sumus: tanta. n. lune circa opera agriculture ⁊ oīa humida: ⁊ circa fantasiā humanā sm̄ quā lunatici dīr. i. furiosi bītes lucida intervalla tāta ingt lune ptās: vt antiqua gētilitas aliqñ eā dixerit mūdū creauisse: sic enim ait encenius in libro de agricultura chaldaica: fiūt etiā multa signa tēpoꝝ circa lunā vt pz in circulis albis: aut pallidis: siue ceruleis circa lunā factis: q̄ impssiones ab ari. in libris metheoroꝝ balo nuncupant in qbus future quantitates tempoꝝ: ēt vulgariter ꝓnosticant multum: ad opera magorum oiumq; maleficoꝝ luna valet. Et vocabat apud gentiles maleficos: hecate: iō medea iasonis vxor filia oete regis colchoꝝ q̄ famosissima maga erat cū nocturnis horis coram luna ad maleficia sua nudato corpore ꝓcumbebat eam becatez proclamabat: de hoc satis pz per senecaz in tragedia septima: cuius titulus ē medea: ⁊ ouidius metamor. lib. 7. vñ ⁊ spūs lune sup herbas despumare facere conabatur: ⁊ vt sibi videbat explebat: sic. n. ipsa dicit apud ouidiuz lib. 7. meta. teq; luna trabo q̄uis temerata labores: fiebat ēt spālis obseruantia candelaboꝝ ⁊ luminum atq; olei ipsi lune: multa quoq; alia de itatem lune apud fatuam gētilitatem de qbus per singula explicare: nec locus exigit nec ratio suggerit: maximū ergo bonorem gentiles istis duobus tribuerunt. s. soli ⁊ lune: ideo spāliter inter cetera sydera nūcupant (Et oēm militiam celi.) Militiam accepit lra nostra: sed lra hebraica equoca est ad duo. s. ad signādum militiam: ⁊ ad signandū opus vel ornatū: ⁊ sic ꝑt dici. (Et oē opus celi.) Et tūc vocat op⁹ celi ipa multitudo astroꝝ q̄ sunt q̄si pictura celi: sicut dicim⁹ in aliqua veste vel panno: aut imaginibus fabricatis esse multū op⁹. i. multā varietatē minutā sculpturaꝝ aut picturaꝝ. Et sic lra nostra transtulit Hesi. 2. c. in pncipio vbi oz. igitur pfecti sunt celi ⁊ ois ornatus eoruz: hebrei dicunt pfecti sunt celi ⁊ omnis exercitus: siue castra aut militia eoꝝ: in oībus aūt alijs locis vt cōiter littera nostra posuit militiam celi.

¶Quar. 12. signa zodiaci specialius colebātur a gētilibus q̄ cetera. Et de multis ⁊ varijs stellationibus celoꝝ ⁊ dijs gētiliū.

Et vocantur astra militia celi: q; tanq̄ milites videntur discurrere per celum: ⁊ ista militia celi siue quelibet stella: vel cōstellatiōes magne. i. multe stelle simul sumpte reddentes ex coniunctione sua deductis lineis inter eas quasdam figuras est: sic est constellatio arturi que vulgariter vocari plaustrum que est vrsa maior hīs septez stellas circa polum septētrionalem: inter istas tm̄ stellas erat oīa: q; ille stelle que per se sunt: ⁊ cum alijs nō faciunt aliquā constellationem. i. figurationem ex vnione stellaꝝ minus cognoscebātur a gentibus: ideo cum in zodiaco sint. 12. signa que complēt totum circulum celi in rotundum: ⁊ reddūt. 12. figuras spāles colebantur spālius a gentibus q̄ alia astra: iō sequētes hebrei consuetudines gentium spālius ista. 12. signa q̄ cetera astra colebant. Et cum eoꝝ pctā idolatria distribuunt: spāliter distribuunt ad orationes facte ad. 12. signa celi vt pz. 4. Reg. 23. ca. cum oz ⁊ eos q; incendebant incensum baal: ⁊ soli ⁊ lune: ⁊. 12. signis celi: ⁊ oi militie celi prius enim noīauit hic. 12. signa q̄s ceteram celi militiam: q; sic spālius colebat a gentilibus. ¶Cuius cā duplex erat vna quidem nālis ⁊ astrologica alia poetica. nālis quidem est: q; cum cōis conceptio gentium oium semp fuit deum esse maximū ens ⁊ maximū bonum: ⁊ hoc maxime in celestibus corporibus constituebant cum aliq̄ corpus inter celestia magis de virtute influxiua hre videbatur illud potius deo esse credebat: cum magis hret de bono: ⁊ q; inter celestes partes. s. inter astra ⁊ astrorum constellationes nulle magis virtuosiores ad influendum q̄ iste sunt: dicte sunt magis esse dij. hoc pz q; ois planeta sm̄ q; sunt in diuersis celi signis bñt diuersas virtutes influxiuas aliter enim sub tauro sol influit: aliter sub capricorno. Et sic dicit ari. in. 2. de gnatione ⁊ corruptione q; sm̄ accessum ⁊ recessum solis in circulo obliquo fiunt gnatiões ⁊ corruptiones in terra: circulus obliquus vocatur zodiacus: q; obliquat ab equinoctiali ad duas latitudines. s. meridianā: ⁊ septentrionalē: accessus ⁊ recessus solis in zodiaco sunt subintratio ad diuersa signa que magis recedūt a nobis vel ab ipsa linea equinoctiali: ⁊ ex hoc accessu ⁊ recessu ꝺbit sol virtutē candi generationes ⁊ corruptiones: ⁊ hoc siue q; sol per accessum ⁊ recessum ad aliqua signa magis vel minus dirigit ascēdendo ad perpendicularem super aliquam partez terre: aut q; cum sol est ī aliquo signo celesti recipit diuersam virtutez influxiuam ab illo signo adiuuando: vel impediendo vim operatiuam solis ⁊ vterq; modus verus est. pmo modo: tm̄ per accūs signa zodiaci agunt ad corruptionem ⁊ gnationem rez cōcādo solari influētie. Scō mō p se agūt: ⁊ sicut sol p accessum⁹ ⁊ recessuz sub diuersis signis zodiaci diuersis influēdi fortit q̄litates: ita ⁊ ceteri planete q; eodē modo mouent per totaz zodiaci latitudinem: hec aūt cā eos ēt qui gentilium phi erant aliqualiter pmouebat: vt aliquatenus magis deitatem nullis partibus celi esse putarent. ¶Cā autē poetica est erroꝝ humanus: q; gens illa rudis videns celi pulchritudinem: vbi aliquas spāles figuras tenebat spāliore modo ibi numen esse credebat: in signis aūt zodiaci sunt. 12. figure siue imagines rerum: ⁊ intra ipsas sunt multe alie minores que vocant constellationes: vt cōstellatio hiadum ⁊ pliadum: ⁊ oriōnis ⁊ corone: ⁊ sic de ceteris: ⁊ iste. 12. imagines que sunt in zodiaco. sunt: aries: taurus: gemini: cancer: leo: virgo: libra: scorpius: sagittarius: capricornus: aq̄rius: pisces. nam vere est ibi figura tauri: ⁊ vere figura arietis: ⁊ sic de ceteris: ex his ēt figuris que videbat antiqua gentilitas occasionem habuit docendi deos esse stellificatos. i. homines: vel alias quascunq; res esse translatos ad astra. ¶Aries autē qui primum signum est tpe equinoctij vernalis a gētibus in celum translatus est: q; eum in celo viderūt: ⁊ hoc pro magno beneficio quod frixeo: ⁊ helleron sueui transducēdo eos in tergo per mare cum a patre suo ⁊ nouerca exularent cumq; p angustum

Bi Qrpoti⁹ sol ⁊ luna colebant a gētilib⁹ q̄ orbes.

Prima rō

Scōa rō.

Tertia rō

Solaris syderis operationes.

C Lune operationes

D

† † Celi op⁹ qd sit.

Qō. 3 A

B Duplicio cā. 12. signa spālius colebāt a gētibus q̄ cetera.

C Poetica cā.

Aries qr fuit stellificatus

Nota poeticas fictiones.

gustus maris transirent: belles frixei sozor marinaz vndarum verticibus territa in mare cozruit: a qua bellespontus prouicia in fine europe que est quartus sinus europe ɔ asiam: vt ait solinus impolistoz. c. de bellesponto: z mare bellespontiū victū ē. Qō qdem quantum aliquid verum est: vt antiquissima rei geste cōmendat memoria: z de euentu rei terre nomen datum: de bis ouid. 3. lib. fastoruz.

Taurus ♉

¶ Tauz autem iō stellificatum esse dixerunt: qz iupiter in taurum versus est: vt europam agenozis regis filiam tergo insidentem raperet: z per longas maris terrarumqz vias in cretam vsqz perduceret: de quo ouid. meta. li. 2. in fine: z idem ouid. in. 4. fastozum qō quidem lz fabulosum in coztice videatur: rei tñ geste veritatem occulto portat in nucleo.

Gemini ♊

¶ Gemini i celo iō i celū iō trāslati sūt: qz vīr duo viri q̄si duo fratres ex stellarum lineali cozrīdentia figurati: hos autē dicunt esse castozem z pollucē ledee z iouis filios fratres belene: que a paride ꝑami filio rapta troiani belli cāz ꝓbuit: hos āt iupiter tanqz prolem suam ad ethereas transtulit māsiones de hoc ouidius meta. lib. 8. z idem ouidius fastozum lib. 5. homerus tñ qui plurimarum poeticarum fictionum pater z introductoz extiterat: quasi ex inauduertētia elocutus eos mortuos atqz sepultos prodidit: z nō in celum translatos vt pz in iliade quā de bello troiano edidit cum introduceret belenam e troianis muris grecozum exercitum prospectantez: z inter ceteros grecozum reges fratres suos castozem z pollucez videre cupiētē: quos tñ videre non poterat z subdit cām: at illos retinebat terra sepultos: de hoc firmianus lactantius de nā deozum lib. 1.

Cancer ♋

¶ Cancrum vero ad celestem regionem iō trāstulerunt: qz eū ibi inscriptum fore viderunt: cuius cā magis sub quadaz vere metapboza q̄z poetica obliquatione est: nā sicut cancer nō ante sed retro graditur: ita sol cum ad caput tauri puenerit: quasi a capzicozno versus nos ascendendo vltra non transit: sed retro cōuertitur descendendo ad ptem meridianam ex qua ꝑmediate ante ascēderat: z ob hoc in capite cācri paralellus tropicꝰ ponit. i. conuersissima: qz sol vltra non transit: sed vnde venerat retrograditur.

Leo ♌

¶ Leonem aūt ad celum antiquozum transtulit imperitia: qz ibi eum vidit: z dicunt hunc leonem eē quē hercules in nemea silua occidit: z pellem eius pro thozace suscepit: sicut ait boetius de consola. lib. 4. metro vltimo. s. abstulit seuo spolio spolium leoni: de hoc ēt ouid. meta. lib. 8. bñt autem leonem ad honozem herculis in celum translatum ferunt: de quo seneca in tragedia decima: cuius titulus hercules etheus.

Virgo ♍

¶ Virgo ēt ad astra trāslata est: qz inter zodiaci signa apō leonem z libzam talis imago cernit: quare aūt illa constellatio virgo nominetur: quidam cām reddunt. s. qz sicut virgo nibil gignit: ita cū sol intrauerit illud signum ex nimio caloze estiuo: z terre deficcatione prozsus nibil gignitur: antiqua aūt gentilitas finxit istam virginem esse erigōem astrei regis filiam q cū quarta seculi etate q̄ ferrea dī homicidia: furta: ceteraqz sceler̄ genera abundare conspiceret: virtutes vero iniquozum pedibus conculcari petiuit a dijs: vt ab impijs terris ad regionem astriferam transferretur: de hoc ouid. meta. lib. primo sic ait: vita iacet pietas: z virgo cede madentes: vltima celestium terraꝝ astra reliqt. de hoc ēt virgi. in buco. eglo. 4. q̄ incipit: sicilides musе paulo maioza canamus: cū dicit iā reddit z virgo redeūt saturnia regna.

Libra ♎

¶ Libza vero inter celi signa est: cuius cā nō taz poetica q̄z nālis est. s. qz tpe quo sol libzam intrauerit: dies noctibus equi libzantur. i. equales sunt: qō cōtingit in equinoctio autumnali in medio fere septembzis.

Scozpiꝰ ♏

¶ Scozpionem vero ad sydera cum eius imago ibi fit consimilis: tñ cā transtulit. nam sicut libza a dierum equatione posita est: ita scozpius animal est quod vultu blandiens cauda acerrime pungit: sic enim cuz sol signum illud intrauerit qō ad medium octobzis est serenitas euenire solet: ad finem vero eius aquarum z ventozum impoz tunitas consueuit exundare.

Sagittarius ♐

¶ Sagittarium aūtē ad celum iō transtulerunt: qz cum sagittas z arcbus ibi reperissent chironē thessalicuz senem vnum de sagittarijs bacchi nutritozē: ob meritum alumni in sydera translatum ferunt: de hoc ouidius meta. lib. 2. de hoc ouidius in fastis sic ait. Jaz nox thessalicas vzgebat parua sagittas.

Capricornus ♑

¶ Capzicozнum aūt ad zodiaci extremitatem posuerunt: vt capza celesti dīgna haberetur honoze q̄ summum deozum alumnum babuerat: cum enim saturnus iouis pz filium quem genuerat ad mozтem ꝑsequeretur: ops siue rea mater eius. ne pater eum occideret in syluis occultauit: vbi caprino solatio educatus est. de hoc seneca tragedia. 1. cuius titulus hercules furens.

Aq̄rius ♒

¶ Aquarius aūt in celo figura quedaz est fozme virilis bñs vnam aqua plenam: vt deozū manibus funditur: hunc ferunt esse ganimedē troys regis filium: quē tantalus verissimo scelere rapuit. Et ad abutendum ioui tradidit qō ceca gentilitas desiderans palliare aquilarum vnguibus in celū raptum ferunt: z possedisse locum quem ante possederat q̄ iouis manibus aquam infundere consueta erat: z pro turpi commisso ide fuerat expulsa. De hoc theodolus in satyra: z galterus alexandreidis libzo primo: de hoc ouid. in libzo fastoruz sic ait. Jam signis obliqua subsedit aquarius vna: de bis etiam ouid. libzo primo fastozum.

Pisces ♓

¶ Pisces autem vltimo loco iter zodiaci signa computātur quozum figura est quasi duo pisces iuncti sunt: cuius causam ouid. lib. 2. fastozum refert: qz cum in bello illo famosissimo gigantum ɔ deos: venus z cupido filius ei⁹ versus egyptū tremuli fugiētes in pisciū effigiē sub vndis latuerunt: delphinem piscem ēt in celo ponit: qz citharista magnus arion cum in cithara flebiliter suam mozтē deplanxisset cogentibus eum nautis in profundum mergi expleto cantu del phin quidam qui forte dulcedine armonica illectus fuerat naui se iungens exilientem in vndas e naui arione in dorso cepit z ad portum vsqz pertulit quod non poetica fictione: sed veritate hystozica contigisse plurimi asseuerāt: cuius testis Augu. ēli. primo de ciui. dei: de hoc ouid. lib. 2. fastoruz.

¶ Das g̃ spāles rōnes poeticas signa celi: quare a gētilibus colātur: bñt in alijs astris que extra. 12. signa sunt: vel q̄ non sunt ipsa. 12. signa non erat tantus cultus gentilium: planetas tñ qnqz. s. oēs ꝓter solem z lunā satis abundāti celebrant cultu: qz dij sui de potissimis sint. s. saturnus: mars: iupiter: mercurius: z venus. Astroz aūt que in celo stellato erant ꝓter signa. 12. de qbus diximus q̄dam constellationes erant bñtes certas figuratiōes ex coniunctione stellarū: z bas constellationes gentilitas coluit: qz deos illos esse putabant: sic enim due vrse circa polum articū q̄ ruz vna vrsa maioz: z alia vrsa minoz dī: z arturi greco noīe nūcupanē: quaz illa que minoz est polo artico magis vicina est: z vulgariter noīantur plaustrum z buccina: plaustrū est vrsa maioz: buccina est vrsa minoz: bas duas vrsas matrem z filium eē dicunt q olim mortales fuerant. s. constans mīr z arcas filius cuius cām prosegtur late ouid. meta. lib. 2. z seneca prima tragedia carmine primo qō incipit. sozor tonantis: est ēt inter bas duas vrsas constellatio: alia in modum serpentis magni: z būc dicunt serpentem phitonem quem phebus in mōte parnaso sagittauit a quo apollo phitius dictus est: de quo ouidius meta. lib. primo: iste in honozem triumphi apollinis z eternā memoriam inter astra fitus est: de quo seneca in septima tragedia cuius nomen est medea.

¶ Alia ēt magna constellatio est in modum viri armati in ipso zodiaco: in signis tribus. s. arietis: tauri: z geminozum extenta quasi gladium in manu teneat: cuius causam stellificationis prosequitur ouidius in. 3. libzo fastorum: de bis duabus dī Amos. 5. c. reliquistis facientē arturū z ozionem.

¶ Et est alia constellatio que septem continet stellas quas nos septem capellas noīamus. bec aūt septem sozores a poetis dīr fuisse filie atblantis regis z pleiones regine: ideo ab vtroqz noīe lz ɔ formam grāmaticoz fit: vt pz per prisciānū in maiozi volumine lib. 2. nomen tñ patronomicum assumpserunt a patre quidem athlante athlantides nuncupanē qō propzium patronomicum est: a matre vero pleione pliades vocitantur: z boc est impzopzium nomen patronomicum: vtrunqz aūt nomen apud poetas vulgatuz est: ouidius nāqz in libzis de ponto eas pliades nominat dicens. quatuoz autumnos pleias orta facit: z boc nomē cōiter bñt in sacra scriptura vt pz i Job vt in. c. 38. s. nunqz poteris ɔiungere micantes stellas pliadis: aut girum arturi poteris dissipare. vocanē etiam athlantides z pliades simul vt noīat eas virg. i geoz. dicēs: añ tibi pliades athlantides abscondāē. debita q̄z sulcis cōmittas semina: bee septem stelle sunt que in signo tauri sunt inter genua tauri: vt ait marcianus.

¶ Dicit aūt albumasar q̄ oziunē in gradu. 16. tauri: z cum iste septem sint sex earū lucide valde sunt: vna aūt qñqz apparet qñqz occultatur: qz modice lucis: z interdum radijs suis visum mouet: interdum autē non: cuius causam poete fore asserunt: qz cum septem sozores essent filie regis athlantidis: sex earum dijs immortalibus iuncte sunt: ideo ab eis acceperunt pro munere q̄ fulgerent: septima aūt qz viro mortali iuncta est: quasi inter ceteras degener pudibūdos vultus bominibus ostendere erubescit: de bis marcianus: z babetur de proprietatibus rerum lib. 8. c. de pliadibus. gētiles ergo q̄ mercurium deum magnum colebant maiam genitricem eius z iouis concubinam: necesse est vt inter pliades venerentur: maiaꝰ mercurij vna de septem pliadibus est filia regis athlantis

Fe

De arturo z ozione ♉

De. 7. capellis

Albumasar astrologus hyspanus.

3

De cōstellatione q̄ dr gallina cuz pullis qr cultа fuit a gētilibus.

que cum ceteris sororibus stellificata est. ¶Alia aūt magna cō stellatio est que constellationis hiadum nuncupat: z sunt septem alie stelle modicuz a pliadibus distantes que obscuriores quodāmodo sunt: nec ita vt pliades ab oibus cōspiciunt: z vocatur ista constellatio vulgariter a gbusdam gallina cum pullis: z est in fronte tauri ista constellatio: vt ait marcianus. dicit āt albumasar hiades ī. 16. gradu tauri cū pliadib⁹ oriri. hec āt hiades a gentilibus iō dicte sunt: qz septem sorores fuisse dr: q̄ cum fratrem suum mortuum ingrerent a dijs ad astra rapte sunt: z a sono planctus sui nomen ppetuum assumpsere. nā cuz plangerent hiam hiam more gentis sue conclamabant. sic enim ait ouid. 3. lib. fastor: hiam z hiam meste fleuere sorores: hec āt fictio fuit: qz istud nomen grecū hiades interptat attractiue siue fitule: qz a mari z terre vapores multos attrahunt: z in ortu suo effundunt: nā mox vt ipse oriunt totus aer turbat z pluuie effundunt qō est in pncipio aprilis in quo tpe. 16. gradus tauri orit cum quo eas albumasar oriri testat: z ob hoc ēt eas flētes poetica finxit idustria: qz flentes turbatos vultus hnt: z lachrymas emittunt. sic tunc aere turbato nimbor plurimus terrā irrigat. ¶Est aūt z alia cōstellatio magna cōstās ex multis stellis in gire positis: ita q̄ pfecte corone formā exprimunt pp hoc: qz vna stella de eis deficit: z hec corona iuxta signum scorpionis est qō probat ioānes de sacro bosco in tractatu de sphera q ortum eliacū eius allegans versum illuz virg. in geor. ſ. gnosiacq; ardentis descendit stella corone. istam coronā dicunt poete esse coronam ariadne sororis fedre filie regis minus creteñ. quā cum ifidelis theseus dolo facto in quadā insula dimisisset bacchus eam accipiens in vxorē coronam flor quaz capite tūc tenebat in celum tulit z in ipso ascensu vnus de floribus decidit quare vnā stellam deficere dicunt: de hoc ouid. in lib. epla rum in epla ariadne ad theseū q̄ incipit: mitius inueni q̄ te genus omne ferax. ¶Alie quoq; constellatiões sunt ēt apud gētiles satis famose: vt constellatio pisei de qua seneca in trage. 1. carmine primo. ¶Alia ēt ē constellatio herculis in quā hercules translatum ferunt: vt ait seneca in tragedia decima: cuius titulus est hercules etheus i carmine vltimo. ¶Alia est ēt cōstellatio romuli quē ad astra translatū ferūt: vñ qz sp hasta vtebat ex qua grinuz sabior lingua vocat hasta quoq; eius ad celum translata est: z hec est cōstellatio constans ex tribus stellis sic dispositis in longum vt haste figurā exprimāt. de hoc ouid. metam. 14. ī fine: z vocat hec cōstellatio hastilia siue astileios iuxta rusticorum morem. ¶Alia valde magna constellatio est que magis circulus celestis est: z iste vocat galaxias. i. circulus lacteus siue albus. Et vulgariter via sancti iacobi nūcupat: poete hanc viam qua ceteri dij ad domū magni dei iouis iter hnt esse ferunt de hoc ouid. meta. lib. primo sic ait: est via sublimis celo manifesta sereno. lactea nomen hz candore notabilis ipso. hac iter est superis ad sūmi tecta tonātis. ¶Alie sunt cōstellationes de gbus tum qz apud gentiles eque vt iste cognite non sunt: tuz ne vlterius disgredi compellamur ppositi nr i dicere nō est: bucusq; aūt fuisse dissressos z si lōgū inutile tñ nō fuit: qz multum hec sacram scripturā elucidant. In his aūt firmius: z a fundamētis insistere maioris altiorisq; negocij erat cum circa hec altissima: z maior poetice cōsiderationis speculatio est. ¶Dij ergo sunt dij gētium quos aliq̄ stulta gentilitaz coluit: eosq; in celo iuenit: aut qō verius est affectiōis suis in celo collocauit: cetere aūt stelle q̄ in octauo celo ab oi constellatiōe absolute sunt tanq; a gentilibus ignote: vt dij reputati nō sunt: iō lz oēs stelle celi dicant militia celi: ille tñ verius celi militia sūt que in constellationibus vt assignatū est sunt qz bas spāliuz antiqua rusticitas coluit nisi totū celum aīatum esse putans singula astra deos dicat. (Et hoc tibi fuerit nunciatū.) Siue p famaz siue per rumorē: aut per denunciationē vnius hois quocunq; ad te pueniat. (Audiensq; inquisieris diligēter.) Ne tñ factuz sub silentio relinquat: z ne ex ingsitione impfecta ad aliquoz̄ pcedatur punitionez. (Et verz esse reperis.) Per testes vt. j. dr aut p confessionem: vel euidentiam facti: aliosq; iuridicos modos ante nullus puniri debebat ēt si de eo aliqualis suspitio haberet. (Et abominatio facta ē in israel). i. scelus idolatrie quod apud deum vel vt aligd horribile valde z intolerandum est. (Educes virum ac mulierem). i. viz vel mulierem qcunq; ille esset: qz quantum ad hoc nulla dēbat eē acceptio psonaruz: vel excusatio ppter dignitatem status: sicut in quibusdam alijs criminibus in quibus non ita ponunt nobiles sicut ignobiles: z positi in dignitate sicut non positi in dignitate. (Qui rem sceleratissimam perpetrauerunt.) Uocatur res sceleratissima idolatria ex quo innuitur q̄ maximum peccatuz est: qz alia vitia magna scelera dr: hoc aūt intantum excessit: vt iure sceleratissimū nominetur. (Ad portas ciuitatis tue). ſ. ad locum vbi iudices sīa re solent: vt veritate compta ō reos iuridice sīa proferat: vel educebantur extra ciuitatem ne lapidarentur intra z polluere tur ciuitas sanguine: oēs enim mortis reos iudei extra ciuitatem occidebant: vt pz de christo qui ductus est in calvarie locū: vbi omnes mali decapitabantur vt pz Jo. 19. c. z ad hebre. 9. c. Et sic habetur de beato Stephāo qui a iudeis lapidatus ē extra ciuitatem vt pz Actuum. 7. c. (In ore duorum aut trium testium peribit). i. duobus aut tribus testibus ō eum deponentibus occidetur. i. nunq̄ pauciores recipientur. ¶Aliqui hebrei voluerunt hic q̄ si aliquis confiteatur aliq̄ crimen contra se q̄ non occidetur: sed opz semper esse testes. hoc aūt contra rectam rōnem z presumptionem violentam omnium boīum ē: qz non p̄sumitur q̄ aliquis contra se falsum dicat vt occidat: qz si hoc velit per seipsum se occidere pōt. De duobus vel trib⁹ testibus lz presumptio est q̄ verum dicant cum oēs concordāt: tñ pōt esse corruptio eorum sicut sepe fit: ideo q̄ñ hic dr qz per testimonium duorum aut trium aliquis morietur nō vetuit in boc q̄ non occideret sed confiteretur: sed vetuit q̄ nō per pauciores testes q̄z duos: pz qz subditur nemo occidetur vno cōtra se testimonium dicente. (Manus testiuz prima interficiet eū). i. primo inijcient lapides in eū testes ad occidendū eum q̄z alij: ratio est qz cum hic facta fuisset offensa deo vindicta erat totius populi: ideo magis punire debebat qui magis de hac iniuria vel offensa cognoscebat: cum autem testes malū illud p̄us q̄z reliquus populus cognouissent priusq̄z alij punire debebant. (Ut auferaz malū de medio tui.) Ne inficiat reliquos: vel qz viuere non meret. (Si difficile z ambiguuz.) Hic ponit scōm de institutione z ordinatione iudicum leuiticor. Et statuitur hic auditoriuz summi sacerdotis ad quem cause per appellationē vel difficultatem deuoluebant. Et dicit iosephus de iudicibus minoribus q̄ in singulis ciuitatibus ponebantur z eligebātur fm virtutem z bonam famā: z sine auaritia vt pz Exo. 18. z supra primo. c. z cuilibet istorum dabant duo leuite: quasi assessores siue consiliatores: z ab istis deuoluebātur cause ad summū sacerdotem: qui nunq̄z sine ppheta z senioribus loci illius quē elegerat dñs iudicabat. (Si difficile z ambiguū.) Aliq̄ q̄nes iudicū difficiles i gb⁹ inferiores iudices diffinitōez ignorāt: forte qz aliqñ accidit aligd de quo in iure cautū non habetur: qz actus humani in finitis modis variari pñt: z tunc determinatio pendet a sacerdote magno qui prophetam habebat rñdentem: vel per doctrinam z veritatē que erat i rōnali determinatio dubij sciri poterat: vt a deo procederet sīa. (Inter sanguinez z sanguinem.) Jsta auctoritas tota exponitur in. c. per venerabilem ex̄ qui filij sunt legittimi: vbi probat romanus pontifex se habere ptātē in omni iudicio: lz non semper se intromittit ne iuri p iudicet alieno. (Inter sanguinem z sanguinem). i. inter cās crīnales ciuiles. (Lepram z lepram). i. inter causas criminales ecclesiasticas. (Lām z causam). i. inter causas non criminales siue ecclesiasticas: siue ciuiles. ¶Et ista applicatio est fm intentionem romani pontificis. ¶Sed non cōgruit talis distinctio statui legis veteris: qz nunc sunt distincte iurisditiones ecclesiastica z tpalis: tunc autem vtrunq; ad summum sacerdotez fm habitum z fm executionē pertinebat: poterat summus sacerdos z quilibet alius sacerdos si constitueretur iudex sīam sanguinis proferre: z per se exequi aliquem occidendo: nec in hoc aliquam irregularitatem incurrebat: vt patet de phinees q̄ sacerdos erat: z occidit zambri cum madianitide coeuntem Num. 25. c. imo qō magis ē talis opatio valde meritoria erat. Et ex hoc laudatur z cōfirmatur ei sacerdotium: vt hz primo macha. 2. c. Sic ēt de mathatia q̄ erat sacerdos magnus: tñ per seipsuz trucidauit immolantē idolis: vt habet primo macha. 1. ca. Et filij sui iudas ionathas z simon summi sacerdotez erant: sed ad bellum procedebant: z multos propijs manibus occiderūt: vt pz in duobus libris machabeorum: cā ergo sanguinis lepre z pecunie directe ad sacerdotem magnum ptinebant. ergo non debent in pñti distingui: vt distinxit romanus pontifex applicās ad intentionem suam: dicetur g̃. (Inter sanguinez z sanguinē). i. qñ inter inferiores iudices dubitatur siue contentio est vtrū aliquis effundens sanguinem puniri debeat an non: qz scita veritate facti: aliqui dicunt homicidiū illud iuridice excusari alij non. (Lām z causam.) Quādo aliqui iudices dicunt actorē fouere iustam litem: alij dicunt q̄ reus. (Lepram z nō lepraz). i. qz aliqui iudices dicunt aliquem esse leprosum: alij non erat cautum in

De galaxia seu via scti iacobi.

De ostellatione psei.

De cōstellatiōe herculis.

De hasta romuli.

De corona

k

l

m

n

o

Quō applicat inter cās z cās lepraz z lepraz.

Alia expō melior.

† niuz. (⁊ nō accepit eaz). ſ. ad] cohabitationē post cōsumationez p copulaz: qz ante istam cōsumationē manet puella in domo patris sub p̄ria ptāte: deinde transit ad viri ptātez per mutuā co-
† habitationē cū eā accipit vir. (Ne forte moriat in bello ⁊ alius homo accipiat eaz.) Aialis homo qui solum ea que carnis sunt sapit: circa primos sponsarum amplexus ardentissimo tenetur amore vt ea ceteris que in vita sunt gaudijs anteponat: ⁊ in h̄
† deus eis complacet: qz adhuc populus rudis a maximis ⁊ licitis delectationib⁹ arcēdus nō erat. (His dictis addent reliqua ⁊ loquet ad populuz.) Hic ponit quartū genus ⁊ posita sunt tria superioza per se: ga illi tres modi liciti vident ⁊ sine verecundia recedentis: sed iste quartus cū dedecore recedentiū erat: quia fatebant se esse ad bellum ꝓpter timorē ineptos ⁊ ex cōse quēti fatebant se imperfectissimas partes politie: qz in politia nō solum opz recte viuere sed etiaz rectam in tranquilitate ad-
† uersus hostiles insult⁹ custodire. (formidolosus ⁊ corde pauido). i. boies multū timētes: formido eniz excessiuū timorē denominat: qz qui parū timidi sunt nō expellunt a castris: quia difficile est mediuz circa timores ⁊ audacias habere: qz materia cuiuslibet virtutis ꝓpter cōtinuitatē diuisibilis valde est ⁊ simplr mediū adipisci rarū difficile ⁊ valde laudabile est: ideo modicū a medio declinare ad timiditatē vel ad audaciaz vituperabile nō est: sed qui multū excedit vel deficit nō latet: ideo vituperabilis vt habet in fine scōi etbi. formidolosi aūt multū deficiunt
† a fortitudine: ideo a castris expellunt. (Ne pauere faciat corda
† fratrū suoz). ſ. ne ipso fugiente alij fugiant. (Cūq; siluerint.) Hic ponit tertiū. ſ. bellatoz dispositio. (Cūq; siluerint duces exercitus ⁊ finē loquendi fecerint). i. dicta fuerint oia supradicta per
D Bellatorū dispō. oēs turmas castroz ⁊ illi qui discedere debent a reliqua multi-
† tudine separati fuerint. (vnusquisq; suos cuneos.) dicit cuneus acies nimis glomerata in densum vt facile rumpi nō possint: ⁊ ad subintrāduz aduersas acies ꝓmptissima sit: ⁊ dr cuneus q̄si
† cocuneus de coeo is. i. cōiungo cōiungis. (ad pugnādum preparabit.) qa recedentibus de singulis turmis eis qui supra notati sunt manebant deordinate acies: ideo oportebat denuo ordinari: ⁊ multi de istis in bello separabant recedentes ex predictis causis. Unde qñ gedeon pugnaturus erat contra madianitas clamauit siquis est corde pauido recedat de castris ⁊ de. 32. milibus pugnatoz recesserūt. 20. milia ex hac cā vt pz Judi. 7.c.
† (Si qñ accesseris.) Hic ponit scōm principale de comitantib⁹ De comitantibus bellum. belluz. Et ponunt duo. Primo qualr se habeant ad hominez. Scōo qualr se habere debeant ad arbores (ad expugnanduz ciuitatē.) idem intelligit cū velint pugnare aduersus aliquos in campo vt volunt aliqui. sed nō est eadez rō: quia iste pugne cōmittebant a iudeis ꝓpter aliquas iniurias vel dāna recepta. Et si cōtra ciuitatem eis esset pugna accipiendo ea que intra ciuitatē erant: ⁊ ipsaz ciuitatē permittēdo recedere habitatores in pace aliqualez satisfactionē hēbant. ſ. si gentē in cāpo ad pugnādum cōuenientē oblata pace ⁊ suscepta abire pmitterent nullaz vtilitatē inde cōseq̄rent. (offeres ei pactū pacis.)

† Qō. 2. A Offerre pacez: ⁊ offerre pactū pacis differūt: ⁊ qūo.

Aliud est offerre pacē aliud offerre pactū pacis: offerre pacez est dicē si volunt in pace manere q̄ maneāt. pactū pacis offerre est dicere si vultis in pace abire relinquētes ciuitatē ⁊ ea q̄ intra sunt: vel manere tributarij: ⁊ ista cōditio solum offerebat ciuitatib⁹ que erāt extra terraz ꝓmissionis. Eis aūt que intra terrā illaz erant nō licebat hoc offerre sed oēs trasfodere gladio: nec licebat offerre pactū gentib⁹ cōtra quas spāliter deus bellum gerenduz esse mandabat vt cōtra amalechitas: vt hz Exodi. 17.c. ideo nō licebat aliquē eoz vite reseruare sub aliqua ditione: ideo peccauit saul qui reliquit viuū agag regem amalechitarū ⁊ perdidit successionē in filijs in iure regnādi vt hz p̄mo Regū 15.c. Et cuz intrauerūt iudei in terraz chanaā nō potuerunt facere pactū aliq̄ pacis cū habitatorib⁹ terre illi⁹: vt quouismō eos viuos permitterēt sed occidebāt in ore gladij: ⁊ qz aliquos eoz fecerunt sibi tributarios ⁊ receperunt ad alias cōditiones pacis vt pz Judi. 16. et. 17.c. inciderūt in furorez dñi vt pz magis Judi. 2.c. cuz dr: ascendit angelus dñi de galgala ad locum flentium dicēs: eduxi vos de egypto ⁊ introduxi in terram p̄o qua iurauī patrib⁹ vestris: ⁊ pollicit⁹ sum vt nō facerem irrituz pactū meuz vobiscum in sempiternū: ita dūtaxat vt nō feriretis fedus cuz habitatorib⁹ terre huius: ⁊ aras eoz subuerteretis: ⁊ noluistis audire vocez meaz quare hoc feciſtis q̄obrem nolui delere eos a facie vestra vt habeatis hostes: ⁊ dij eoz sint vobis in ruinā: ⁊ ob hoc cum gabaonite in dolo venissent ad Josue: ⁊ p̄rincipes israel cōponere volentes cum eis fedus ⁊ dixissent se esse de terra longinqua verboz suoz fulcimēta vtres veteres ⁊ diruptos ⁊ pānos attritos monstrātes: cū aūt facto federe post paucos dies cognitū est. ſ. die tertio q̄ essent de habitatoribus terre chanaā populus voluit nō obstāte pacto iterposito delere eos: ⁊ tñ non cōsensisset iosue ⁊ p̄ncipes multitudinis murmurauit cōtra eos populus: p̄ncipes tñ nihil mali intulerūt eis putantes se teneri iuramēto facto in positione federis cū ipsis gabaonitis: de bis Josue. 9.c. si tñ cognouissent iudei q̄ gabaonite erant de terra gabaon intra ambitū terre chanaā non pepigissent cū eis vllus fedus. (si receperit). ſ. pactū pacis: ita vt cōsederet tibi recepta ista cōditione q̄ seruiat tibi sub tributo. (Et aperuerit tibi portas.) Hoc erat signū q̄ gratā hēbant ditionē pacis oblatā a iudeis: ⁊ recipiebāt eos tāq̄ dños suos qbus se tributa p̄stituros ꝓfitebant. (cunctus populus qui in ea est). ſ. † taz viri q̄ femine: tā magni q̄ pusilli. (⁊ seruiet tibi sub tributo.) † iuxta mensurā delicti quā iponebāt iudei qualrcūq; ipsi imponerent: qz dñi nō erant illi ciues sui ipsoz sed hebrei erant dñi. (Si aūt fedus inire noluerit.) qa forte nō vult pacē aliquā recipere cū fortioreZ se credat q̄ sit populus iudaicus: vel data q̄ pacē desiderat: tñ non vult recipere cōditiōes pacis oblatas. ſ. vt sint tributarij: ⁊ ceperint cōtra te bellum oppugnādo te: vel defendendo se a te in malis q̄ inferre velles. (oppugnabis eā). i. † incipies facere bellum cōtra eā: qz certissime capies eaz. (Cūq; † tradiderit dñs tuus illaz in manu tua.) Non dixit si tradiderit eam dñs deus tuus quasi in dubio esset an traderet eā in manu eoz vel nō: sed certissime tenere debebāt q̄ si ipsi nō deuiantes ad cultū deoz alienoz in timore dei sui inciperent bellum cōtra aliquā ciuitatē cōtra quā iuxta pugnādi causaz hērent: dñs traderet eū in manus suas. (Percuties omne qō in ea generis masculini est.) Femine nō percutiunt in ore gladij: qz non fuerunt ipse origo discordie: sed viri etiā qz femie nō insurgerēt postea in belluz cōtra israelitas: si tñ dimitterent aliquos viros viuentes tollendo omnia bona eoz: vel faciendo in eis aliud genus stragis: possent postea isti viri insurgere in iudeos ⁊ contra eos gentes alias cōcitare ad suā securitatē: ergo oportebat istos viros occidi. De paruulis aūt illius gentis eadez cā non est: ꝓpter duo supra dicta. Primo quia pueri nondum capiētes arma ⁊ non capaces rōnis: nec iudicantes iniuriam vt paruuli nouem vel decem annoz ⁊. j. nō possent iuuare in bello illo contra hebreos viribus nec consilijs. Secūdo quia isti cum non iudicent aliquid perfecte: nec iudicent iniuriaz factam: ls postea superuiuant non ita accendent in odium ⁊ petitionez vindicte cōtra israelitas sicut si manerēt aliqui adolescētuli. 15. vel. 16. annoz: dato q̄ adhuc arma cape nō possent: iō illi mori nō debebāt: isti āt sic nisi forte sit aliqs spālis casus in quo ēt paruuli L trucidant vt pz. j. (Absq; mulierib⁹ ⁊ infantib⁹.) Ista pena infligit ꝓp culpā bellatoz: qz noluerūt oblatam conditionem reci- †

pere:mulieres aūt ꝛ paruuli pugnare nō poterāt: ideo vice reseruant:aliqñ tñ ēt infantuli gladio mori p̄cipiebant soliꝫ feminis virginib⁹ reseruatis: ꝛ hoc erat spāle vt post nullus de illo populo cōtra eos pugnare posset vt p̄z de madianitis Numeri 31.c.sed alique reliquie eoꝝ latuerūt qui crescētes in populum magnū israelitas magnis p̄lijs infestabāt vt hz Judi.6.capi. † (Et iumentis ꝛ ceteris que in ciuitate sunt.)semp reseruabantur ista ad vtilitatē pugnātiuꝫ nisi ciuitas anathematizaret:qz tunc omes:ꝛ omes:ꝛ oīa viuētia p̄cutiebāt i oze gladij vt p̄z de hierico Josue.6.c.(Et ceteris q̄ in ciuitate sūt).s.oīb⁹ supellectilib⁹ ꝛ pecunijs ꝛ qbuscūqꝫ reb⁹ possessis que nullo mō vtiles sint:ꝛ † adhuc de istis erat aliqd spāle:qz interdum ciuitate anathematizata:ꝛ oībus reb⁹ iussis perire aurum:ꝛ argentū:ferrum:ꝛ es: ceteraqꝫ gña metalloꝝ reseruabant in thesauris dñi ad vtilitatem sanctuarij:sic p̄z Josue.6.c.cū mandauit Josue dicēs:vos aūt cauete ne de his que p̄cepta sunt quicqꝫ cōtingatis:ꝛ sitis p̄uaricationiꝫ rei ꝛ oīa castra israel sub pctō sint:atqꝫ turbentur q̄q̄d auri ꝛ argenti fuerit ꝛ vasoꝝ eneoꝝ:atqꝫ ferri dño consecret repositū in thesauris ei⁹. Iteruꝫ facta fuit talis anathematizatio in terra regis chananei qui erat rex arad vt p̄z Numeri 21.c.naꝫ populus vouit dño sc̄ificare vrbes illas delendo eas si traderet eas in man⁹ eoꝝ. Et exaudiuit dñs preces eoꝝ:ꝛ tradidit ciuitates in manus eoꝝ q deleuerūt gentē illam subuersis vrbib⁹ eius:ibi aūt nō acceperūt aurū:nec argentū:nec es:aut ferrum p̄o dño oīa succēdentes. ¶Qō potuit esse ex duobus. ¶Primo ex inaduertētia illi⁹ populi israeliticī pp iram tunc candentē:naꝫ chananeus rex arad bis p̄secut⁹ fuerat iudeos:ꝛ fecerat in eis strages. Primo in sc̄o anno exituꝫ de egypto q̄si venerūt explozatozes:ꝛ murmurare fecerūt pp̄lm: ꝛ tunc data sñia dei ō eos mozt uisq; decē de explozatozib⁹ reliquus populus incepit tendere versus terrā p̄missionis ō mandatū moysi dicētis:nolite ascēdere:nō est enim oñs vobiscū ne cozruatis coram inimicis vestris:amalechites ꝛ chananeus sunt ante vos quoꝝ gladio cozruetis:deinde ipsis ascēdentib⁹ desēdit amalechites ꝛ chananeus q habitabāt in montib⁹:ꝛ p̄cutiens eos:atqꝫ cōcidens persecutus est vsqꝫ in oma vt p̄z Nume.14.ꝛ.s.1.c. sc̄am irrutionez fecit cōtra eos iste populus chananeoꝝ regis arad in anno.40.imediate post mortez aaron:nam audiens q̄ veniret israel per explozatoꝝ viam pugnauit cōtra illū ꝛ victoꝝ exīs ouxit ex illo p̄dazꝫ vt p̄z Numeri.21.c.bis ergo duobus israel per explozatoꝝ viaꝫ pugnauit ō illum ꝛ victoꝝ exīs ouxit ex illo p̄dam vt p̄z Nume.21.c.bis ergo duob⁹ cōtra populū chananeoꝝ accensus furoze ozauit vt traderent in manus eoꝝ: ꝛ tanta fuit vindicte cupiditas q̄ etiaꝫ in ipsas res inanimatas deseuire gaudebūt:ideo nō aduerterūt vt aliqd deo p̄mitterent. Sc̄om motiuū fuit:qz ista terra adhuc distabat a terra chanaā quā ipsi possidendaꝫ expectabāt ꝛ inquirebāt:ꝛ per multa loca transituri erant: vnde adhuc magnus eis labor foret si per illa terraruꝫ spacia ferri:ꝛ eris pondera multa deferrent cum vix paruulos ꝛ vxores in asinis suis deportare valerent: in anathemate facto in ciuitate hierico ne vtruꝫ istoꝝ duoꝝ motiuoꝝ stabat:ideo cōuenienter ibi potuit aurū:ꝛ argentum:ꝛ vasa enea: ꝛ cunctū ferrum in thesauro dñi segregari. ¶Primū nō erat: quia israelite nullaꝫ iram candentē in hierico vtinos conceperant cum nihil eis nocuissent sicut nocuissent chananei in terra arad. ¶Sc̄om ēt nō erat:qz hierico iam erat in terra chanaā ꝛ castra manebāt in galgalis:etiaꝫ si viri bellatozes ad diuersa loca expugnāda irent:ideo poterat ibi manere copia auri ꝛ argenti:ꝛ ferri:ꝛ vasoꝝ eneoꝝ quātūcūqꝫ esset sine labore israelitaruꝫ (oēm p̄dam exercitui diuides.) hic hortat eos ad actū iustitie distributiue:nam vt ait aristo.in.8.ethi.in oī cōicatione ꝛ amicitia est aliqō iustuꝫ inter cōicantes ꝛ amicos:ꝛ quāto illud iustum maius est tanto amicitia ꝛ cōicatio maioꝝ est. Si autē sit modicū iustum:ꝛ modica amicitia:ꝛ cōicatio erit.cuꝫ aūt nullus iustum fuerit amicitia oīs ꝛ cōicatio soluit:p̄z etiā in ipsis q̄ inbonestam amicitiaꝫ ꝛ cōicationē hñt sicut sunt adulteri:naꝫ cū adulteri inter se iustum aliqō hēant.s.q̄ quātum vnus cōdelectat alterū tantū cōdelectat ab eo perseuerāt:cum aūt alter eoꝝ nō reddit vicem dissoluit amoꝝ:sic p̄z in latronib⁹ q̄ sunt amici vtiles:qz adiuuant se ad lucrāduꝫ ꝛ cōicant in lucro. Si q̄ inter eos obseruet iustum.s.q̄ fiat distributio equalis rerū acquisitarum per furtum manent in amicitia illa ꝛ communicatione: si autem incipiat aliqs eoꝝ sibi maiozes partē a p̄pria re distribuendo alteris inequalr sequūtur litigia ꝛ dissoluit amoꝝ:atqꝫ cōicatio. ¶Hoc enim mirabile iustitia sup ceteras virtutes hz q̄ actus eius tam in bonis q̄ in malis regrit ad cōmanendum.

Nam nec ipsi mali sibi ipsis cōcordabant nisi quādaꝫ iter se iustitie partē habeāt saltez māliter:aliaꝝ aūt virtus actus ad solā permanētiaꝫ in bono efficiunt:ad maluꝫ aūt nequaq̄:ꝛ ob hoc iustitiaꝫ optimā virtutem aristo.noīat in.5.ethi.ꝛ inter ceteras excellentē sicut lucifer inter astra:nam ablata iustitia nihil sunt regna nisi publica latrocinia:vt ait Augu.4.de ciui. dei.c.4. diuidere aūt p̄daꝫ exercitui ad iustitiaꝫ ptinet: nō tñ debet fieri ista diuisio fm equalitatē arismeticā que est equalitas quātitatis vel numeri:sed fm equalitatē geometricā que est equalitas ꝓportionis.s.q̄ si istis decem viris euntibus ad bellum dantur mille denarij:nō debet quibuslibet aliis decem viris dari mille denarij:sed aliquib⁹ decez viris dabunt centū milia denarioꝝ: ꝛ aliquib⁹ decem viris dabunt solum ducenti denarij:si tamen obseruaret equalitas:ꝛ ꝓportio arismetrica que ē scōm excessum quātitatis ꝛ numeri:sicut dant decē viris mille denarij:ita deberent dari quibuslibet alijs decē viris mille denarij:naꝫ in quot vnitatib⁹ excedunt mille denarij:istos decez viros in tot vnitatibus excedunt alij mille denarij alios decē viros. Et ista est ꝓpria equalitas arismetica:sed manifestū est q̄ talis distributio iniusta est:debet ergo obseruari equalitas geometrica q̄ est fm habitudinē ꝓportionis.s.sicut se hz virtus istoꝝ decē viroꝝ ad mille denarios:vel dupla ita virtus vel dignitas aliozū decem viroꝝ est equalis vel dupla ad centū milia denarioꝝ:cū aūt distributio sic fit inter pugnātes oēs gratū hoc habēt: ꝛ ad bellum animant. Si aūt pugnauerūt:ꝛ postea duces p̄o se p̄edam accipiāt nihil aut modicū exercitui diuidētes viri pugnātes nō attēdūt ad pugnā:nec aliqd p̄obe fieri pōt:nihil enī magis est q̄ aliquē ducē vinci ab hostib⁹ faciat q̄ auaritia in suos: sic p̄z Alexādreidis libro p̄mo:nec menia nec turres ducem tutant auarum (exercitui diuides.)inter oēs de exercitu p̄eda diuidi debet:obseruata q̄litate geometrica vt.s.assignabat exercitus dicit multitudo viroꝝ euntiuꝫ ad bellum: ꝛ isti diuidunt qdaꝫ pugnant actualr cum hostib⁹:ꝛ qdā custodiunt sarcinas: vtrisq; aūt equalr distribuendum est fm equalitatē quātitatis que est equalitas arismetica: dūtamē cetera paria sint:sic posuit Dauid in legem vt p̄z primo Regū.30.c.cū ipse fecisset bellum cōtra latrunculos amalechitas:ꝛ cepisset eos:ꝛ oīa q̄ abstulerant a loco suo sicelech:ꝛ ab alijs locis ꝛ in p̄secutione hac latrunculoꝝ ducenti de viris Dauid lapsi restiterunt nō potentes ceteros insequi facta occisione latrunculoꝝ:ꝛ ereptione p̄ede de manib⁹ eoꝝ:viri qui cū Dauid descenderant nolebant dare partē p̄ede his qui lapsi resederant:ad quos Dauid ait:non sic facietis fratres mei de his que tradidit vobis dñs:ꝛ dedit latrunculos qui eruperant aduersus vos in manus vestras: nec audiet vos quisq; super sermone hoc:equa enim pars erit descēdētis ad p̄eliū:ꝛ remanētis ad sarcinas:ꝛ filr diuident ꝛ factū est in illa die ꝛ deinceps cōstitutū ꝛ p̄finitū ꝛ quasi lex in israel ad diez hanc:alijs aūt qui ad bellum nō vadunt nec manent ad sarcinas:sed in ciuitatib⁹ regescūt nihil de p̄eda diuidi debet: quia illi nō sunt de exercitu. ¶Sed cōtra hoc obijciet aliqs q̄ etiaꝫ illi qui nō sunt de exercitu debeāt accipere partē p̄ede:ga Numeri.31.c. dī q̄ filij israel iuerunt ad bellum cōtra quinq; reges madianitas: ꝛ non oīs israel:sed.12.milia viroꝝ electoꝝ ꝛ occiderūt hostes:ꝛ ceperūt p̄edam multā nimis:ꝛ deus mandauit vt tota p̄eda per dimidiū diuideret ꝛ medietas daretur.12.milib⁹ pugnatoꝝ reliqua medietas data ē toti residue multitudini israelitaꝝ que nō iuit in bellum. ¶Rñdet q̄ rō diuersitatis est ibi ab his qui manent in ciuitatib⁹,ꝛ oppidis laborantes in reb⁹ suis ceteris ad belluꝫ ꝓperātib⁹ duplex. ¶Pria est q̄ ista diuisio p̄ede inter eos qui manserunt in castris ꝛ eos qui iuerunt ad belluꝫ magis fuit ad vitāduꝫ q̄s scādaluꝫ de rigore iuris:erat nāq; magnū scādaluꝫ:qz si.12. mille viri q̄ descēderunt ad belluꝫ soli accepissent p̄edam: qz nimis multa erat valde fuissent ditati de quo cetera multitudo que in castris manebat ꝛ inuidisset ꝛ voluisset:inuidisset quidem quia illi ditiozes valde sup ipsos efficerent:dolerent aūt qa nihil de tantis diuitijs eis dabat tanq; ipsi abiecti:liuoze ergo⁹ ꝛ doloze cōmoti in viros pugnatozes israrexissent p̄daꝫ ab eis durissime extorquē do:exq̄ nō modica seditio oriret. De⁹ āt ꝓuidēs hec i plebe illa q̄ valde ipfecta erat mādauit talē fieri diuisionez. ¶Sc̄a rō erat qa ēt ius hꝫ aliqualr expectabat:nā isti nō erant fic illi q̄ in ciuitatib⁹ manēt ceteris i bellū euntib⁹ ꝛ vacāt laboꝝib⁹ suis:sz erāt q̄si parati i expeditiōe vt si forte alij auxilio indigerēt:isti irēt i auxiliū eoꝝ:lz de hꝫ ipsi certificati eēnt q̄ illi.12. mille viri ꝓualerēt ō q̄nq; reges madianitaꝝ:hꝫ tñ nō obstāte ipsi erāt tāq; exercit⁹ parat⁹ in expeditiōez:ꝛ sicut tūc missi sunt illi.12.mille viri

Laus iustitie.

Diuisio exercitus in bello.

Obiectō

Rñsio.

Pria rō.

Scda rō

D Duplex cā q̄re nō acceperunt aliq̄ metalla.

† Portatio israelitaꝝ ad actū iustitie distributie.

Qō.3. A Quo excedat iustitia alias vtutez

viri:ita alia vice mitterent alij:ꝛ fieret similis distributio:dictū ergo fuit istis qui manserūt in castris aliqd:quia tñ ipsi nō descenderūt in bellum:nec mā serūt ad sarcinas descendentiū non receperunt equalr cum ipsis descēdentib⁹ ad pugnā iurta illud primo Regū.30.c.equa enim pars erit descēdentis ad bellum:
† ꝛ manentis ad sarcinas.(Et comedes de spolijs hostium tuoꝝ.) Aliquādo accipit ꝓprie comedere de spolijs.i.de victualibus extortis de manu hostiuꝫ sic pꝫ Ben̄. 14.c.qñ.4.reges pugnauerunt cōtra quinqꝫ:ꝛ postea devictis eis pugnauerūt ꝯtra vrbē sodomoꝝ:ꝛ dī tulerūt aūt oēm substātiā sodomoꝝ ꝛ gomorre ꝛ vniuersa que ad cibuꝫ pertinent:ꝛ abierunt:ecce qualr cibos
† ꝓ spolijs acceperunt:ꝛ tunc ꝓprie comedit de spolijs:vel dī. (comedes de spolijs hostium tuoꝝ).i.vēdes ea que rapuisti ab hostib⁹ ꝛ comedas de rebus emptis ꝓ eoꝝ ꝓtio. Ecce qualr deus mādat vel saltez permittit accipi spolia hostiū:qz in bello iusto taz de iure diuino q̄z de iure gentiuꝫ ea que qs capit efficiunt capientis ꝛ iuste homicidia cōmittunt:cum aūt belluꝫ iniustum est nihil differt a publico latrocinio:sicut ergo latro nihil suum efficit de his que prædat:nec prescribit vllo tpe cōtra dñm rei etiaꝫ si mille annis possidere posset : ita ꝛ cōmittentes bellum iniustum:quia oīum homicidioꝝ que cōmittunt rei tenentur ꝛ restituere oīa ablata ꝛ illata damna iniustum passis.
† † (Que dīs deus tuus dedit tibi.) Deus dedisse ista hebreis dicebatur:quia lꝫ ipsi manib⁹ suis pugnassent:deus tñ vigoreꝫ ꝛ audaciam cōtra hostes tribuebat:ꝛ hostes eoꝝ in fugaꝫ vertebat aut subigi faciebat vt pꝫ.s̄.8.c.cum dī : ne diceres in corde tuo fortitudo mea ꝛ robur manꝰ mee mihi hec oīa prestiterūt: sed recordēris dñi dei tui q ipse tibi vires prebuerit vt impleret pactum suū super quo iurauit patrib⁹ tuis:sicut pñs iudicat
† dies.(sic facies omnib⁹ ciuitatib⁹ que a te procul sunt).i.ista est regula quā bñe debes in pugnādo cōtra ciuitates longinquas.
† (De his ciuitatib⁹ ꝛc̄.nulluꝫ pmittis oīno viuere.) Nec vēdere in seruū alijs gentib⁹:vel tue subijcere seruituti:qz deus abominatur vitam istoꝝ:qz maxime peccatores erant in omni genere impudicitie vt pꝫ Leui.18.c. ¶ Itē qa si aliqui de istis manerent essent iudeis tanq̄z claui in oculis:ꝛ lancee in lateribꝰ vt pꝫ Nume.33.4.c.et.6.et.7. ¶ Item qa docerent filios israel colere deos suos:qō eis esset in scandaluꝫ ꝛ ruinā.(In ore gladij.)metaphorica locutio:quia res inanimate os nō bñt : cuꝫ os sit mēbruꝫ aīalis ad sumendos quidez cibos:ꝛ sicut ea que ore aīalis assumunt:qz animal sibi illa incorporat:ita illa que gladio trāsuerberabant consumunt ꝛ pereunt:vocatur os gladij acuties
ℰ eius qua omnia amputant ꝛ desecantur:sic dicit lingua ignis
† sepe vt pꝫ Esaia.s.sicut devorat stipulam lingua ignis. (etheū.s. ꝛ amorreuꝫ.)solum ponunt hic sex populi:qz de decem populis qui promissi sunt abrae vt pꝫ Ben̄.15.c.tres dati fuerunt idumeis:moabitis:ꝛ amonitis:qui aliquo modo pertinebāt ad semen abrae:vt ibidem declaratū est ꝛ.s̄.7.c.Non ponit hic etiā populuꝫ gergeseoꝝ de quo rarissime fit mētio in scriptura:cuⁱ⁹ aliqui causaꝫ esse volunt quia iste populus anteq̄z hebrei intrarent in terram chanaā recesserit:ita q cū eo prelioꝫ nullum gestum est.sed falsuꝫ est:quia cōtra oēs septez gentes pugnauerūt vt pꝫ Actuū.13.c.cum dicit:ꝛ destruens septez gentes in terra chanaā sorte distribuit eis terram:lꝫ nō fuissent destructe gentes septem nisi inter eas fuisset destructa gens gergeseoꝝ que inter eas ponit ad cōplendum numerū septenarium. Dicēduꝫ ergo necessario q cōtra gergeseos etiaꝫ israelite pugnauerunt sicut cōtra ceteras gentes:quare autē raro inter alias nominet
† alibi dictū est.s.Exodi.3.ꝛ in alijs locis vbi de hoc agit.(Sicut precepit tibi dñs deus tuus.) In multis locis hoc mandatū est
† in exodo ꝛ in libro numeroꝝ ꝛ in isto libro. (Ne forte vos doceant facere cunctas abominatōes.)Ista est vna cā ꝛ potissima
† quare omnes occidi debebāt:de hac Exodi.34.ꝛ.s̄.7.c. (Quas ipsi operati sunt dijs suis.)Lꝫ inter se nimis peccarēt in coitib⁹ non obseruādo cōsanguinitatis nulla iura aut reuerentiā vt pꝫ Leui.18.c.ꝛ masculini masculos turpitudinē operātes:ꝛ ad pecora banc nequitiam extendentes vt pꝫ eodez.c.tñ ad deos suos maximas abominationes fecerūt dantes de semine suo idolo moloch vt pꝫ Leui.20.c.etiaꝫ qa ad oēm spurcitiaꝫ cū dijs suis faciendam se tradiderunt:ꝛ omnib⁹ incantationū:ꝛ auguriozū
† modis institerunt:de quib⁹.s̄.18.c.(Ut peccetis in dñm deuꝫ.) Potest teneri ly vt dicens consecutionē : vel cām finalem.s.q gentes in dolo docerent hebreos facere istas abominatiōes coram deo suo:ꝛ deleret eos de terra:ꝛ sic prevalerent adversum eos:ꝛ istum modum tenuerunt moabite cōtra eos:naz cū balaā ariolus nō posset eos maledicere:ꝛ predixerat q israeliti vinci non poterant:qz erant in gratia dei sui:dedit ⁊ filiuꝫ vt pulchre puelle moabitaruꝫ ꝛ madianitarū descenderent apud castra hebreoꝝ ꝛ permitterent se cognosci ab hebreis : hoc tñ adiecto vt prius immolarent vel adorarent deos eaꝝ:qō factū est:ꝛ insurrexit furoꝝ domini in israel ꝛ multi perierunt vt pꝫ Nume.25.c. Sic q̄ possent postea facere alios gentiles vt deciperēt eos.

¶(Quando obsederis ciuitatē.) ¶Dic ponit scōm qualr bñe se debent ab arboꝛes (multo tpe.)quia ꝓ pauco.i.ꝓ ciuitate que in modico tempoꝛe capi poterat nō oportebat fieri munitiones: vel turres ligneas ita vt scinderent arboꝛes. (Et munitionibus circūdederis vt expugnes eaꝫ.) In bello campali non indigebant talib⁹ munitionib⁹:ideo nō habebāt cām ad succindendum arboꝛes quare nō datur eis ibi regula.Sed hic quādo oppugnant vrbes:vocant munitiones oīa apparamēta bellica ad expugnādum ciuitates facta q̄ in modos varios distinguunt: quedam sunt que testudines vocant : sunt quedam tecta fortia que rotis.ꝫ.positis subuehunt:sub quib⁹ multi homines latitāt qui appꝛopinquātez muro euꝫ suffodiunt ꝛ dirimunt:fiunt etiā turres lignee:fiunt quoq̄z machine:ꝛ arce quedam pendentes que vndiq̄z circumlate sagittatoꝛes intra cōtinēt.Et multa que quotidie humana inuenit solertia:plurima quoq̄z abolita sunt.
† (Non succindes arboꝛes de quib⁹ vesci pōt.) quia magnā vtilitatē ad cibos eis prestabūt duꝫ bellum gesserit:ꝛ deinde capta vrbe proficiēt:qz magis erat ciuitas habitabilis ꝓpter fructuū abundantiam siue tributarios ibi teneant:siue eam colonis assignent:ꝛ nō soluꝫ refertur ista regula ad ciuitates que sunt extra terram ꝓmissionis sicut superioꝛ:sed magis adhuc cōuenit ciuitatib⁹ terre ꝓmissionis:quia in eis ipsi habitaturi essent:ideo arboꝛib⁹ indigebant. (qa lignuꝫ est ꝛ nō homo).i.nō potest tibi
† † aliqō nocumentum patrare cum nō sit homo.(nec pōt contra te bellantiū augere numeruꝫ).i.non erunt plures bellatoꝛes cōtra te etiaꝫ si multe arboꝛes fructifere ibi sint cum nihil ipse faciāt: sed si ciuitas esset ita fortis extra terram promissionis q de capiēdo eā desperaret licebat ad damnificādū hostes succindere arboꝛes sicut fecerunt cōtra moabitas:cū recederent nō valentes obtinere ciuitatē regiam vt pꝫ.4.Reg.3.c.in hebreo habet. (Quia lignū campi est homo.)Et aliqui hebrei vt abenazra dīt q ista lr̄a supplenda est.s.quia lignū campi est vita hoīs:qa de fructu eiuꝫ potest sustentari:ꝛ satis videt hoc applicari rōni:qz ideo illa ligna non succinduntur cū alimentū ministrat homini:ꝛ forte magis confirmaret sic:quia si ideo lignū campi nō succinditur:quia lignū est ꝛ nō homo:ita etiaꝫ nō succindit lignū non fructiferum:quia lignū est ꝛ nō homo:sed non debet illa lr̄a sic suppleri qō pꝫ per lr̄aꝫ chaldaicaꝫ que habet sicut nr̄a. ¶Item qa in hebreo vtraq̄z istarū dictionū.s.lignum ꝛ homo ponūtur intransitiue:non enim ponit ibi aliqua appositio dictionis: vel variatio noīs principalis quātum ad terminationē ad signādū in obliquo:ideo videt rectiⁿ q ibi deficiat vna negatio: vel fit modus loquendi hebraicus. ¶Et qñ arguit q eadem rō est in ligno fructifero ꝛ nō fructifero:qz neutruꝫ est bō. ¶Rñdet q ea que vtilia sunt destrui nō debent nisi quātuꝫ ad aliquid nocua sint. Ligna aūt fructifera vtilia valde sunt:q autē non sint nocua ꝓbat:qz ligna sunt ꝛ nō homo.De lignis aūt nō fructiferis nō pōt hoc dici:qz nullo modo vtilia sunt nisi succisa:ideo lꝫ nō sint boies succindi pñt.(Si qua aūt ligna nō sunt pomifera.)Ligna pomifera dicunt ferentia poma.i.fructus:qz pomū valde gñalr sumit.Pomū aūt triplr assumit aliqñ strictissime ꝓ quodaꝫ fructu cuius cortex est valde tener:ꝛ ipse fructⁿ est succosus valde:ꝛ vocat alio noīe ꝛ ꝓprius maluꝫ a rotunditate:qz malon grece rotūduꝫ latine est:ꝛ iste modus accipiēdi pomuꝫ est apud vulgares grāmaticos. ¶Alio mō accipit pomuꝫ large ꝓ oī fructu qui corticē tenerū hꝫ:ꝛ iste modus accipiēdi ꝓprius est:ꝛ apud grāmaticos peritissimos reperit:ꝛ est satis vsitatus in sacra scriptura:ꝛ isto modo distinguit pomū cōtra nuces:qz nux signat oēm fructū bñtez corticem durū:ꝛ isto mō nō accipit hic:qz tūc nō vetarent scindi arboꝛes ꝓferētes fructum teneri corticis vt nuces:auellane:castanee:amigdala:ꝛ similes fructus ꝓducentes:sed arboꝛes solum ꝓferentes fructuꝫ teneri corticis:quod falsum est. ¶Alio modo accipitur pomuꝫ ꝓ omni fructu qualiscunq̄z sit : siue durus:siue mollis : ꝛ hoc modo accipitur Ben̄.primo capi. cum deus mandaret gigni de terra arboꝛes fructiferas vocans eas pomiferas vniuersaliter dicens:germinet terra herbam virentem ꝛ facientem semen:ꝛ lignum pomiferum faciens fructum:sic enim accipitur hic arboꝛes siue ligna pomifera esse.i.bēre aliquem fructuꝫ. (sed agrestia).i.solum pertinētia ad agrum ꝛ non ad hoꝛtos:qz in hoꝛtis †

Qō.4.
A
Quomō se bñe debent israelite ad arboꝛes.

Obiectio. Reꝑonsio

†
Lignū pomiferuꝫ qd sit.

B
Hebreoꝝ opio penes litteram.

plantant solum arbores fructifere: in agris aūt nō soluz fructifera sponte nascuntur. (ꝛ in ceteros apta vsus). i. qꝫ non sunt ad vsum ꝓpriū q est vesci eis sed ad vsuz domificādi: vel alios minus ꝑncipales: est autē ꝑcipuus vsus lignoꝝ vt de eoꝝ fructibꝰ oīa animantia terre tam homines qꝫ volucres: ꝛ quadrupedia vescerent vt declarat Heñ. primo. c. ligna aūt nō pomifera cessant ab hoc vsu. (Succinde ꝛ instrue machinas.) Hoc est intelligendum qñ magno tpe ciuitas obsidenda est vt supra dicebat. Si aūt debiles sunt vrbis munitiones: ꝛ non pōt magno tempore defensari: vel ex qualibet alia cā nō debent facere machinas: aut succindere ad hoc ligna vocant machine oīa apparamenta bellica ad inuadendū aliquā ciuitatē: dūtū nō sint arma virorꝝ: ꝛ ista vocabant. s. munitiones.

¶ Capitulum. xxj.

Quando inuentuz fuerit in terra quā dñs deus tuus daturus est tibi: hoīs cadauer occisi: ꝛ ignorabit cedis reus: egredient maiores natu ꝛ iudices tui: ꝛ metiē tur a loco cadaueris singularum per circuitum spacia ciuitatum.

Connexio capituli.

Quando. ¶ Supra dictum fuit de homicidio facto a singulari ꝑsona de qua nemini cōstat ꝛ tanguntur duo. ¶ Primū de directione circa illud homicidiū qō pertinebat ad irascibilez. ¶ Scōo de accipiēdis vroribus qō pertinet ad cōcupiscibilez. ibi. (Si egressus fueris.) Et ista scōa cōtinet quatuor partes. ¶ Prima de ducenda vroze. ¶ Scōa de filioꝝ successione. ibi. (Si habuerit hō.) ¶ Tertia de filiorū maloꝝ correptiōe: vel occisione. ibi. (Si genuerit hō.) ¶ Quarto de occisoꝝ occultatione. ibi. (Quādo peccauerit homo). (Quā dominus deus tuus daturꝰ est tibi hominis cadauer occisi.)

Diuisio eiusdez.

Qō. 1. A

De directione penez homicidiū ad irascibilem attinens.

¶ Loquit ad totum populuz qui in istis maleficctis remedium ponere debebat. (ꝛ ignorat necis reus.) tunc enim fient ista que sequūtur: cum aūt sciret intersectoꝝ aut voluntarie occiderat: ꝛ tunc nullo modo euadebat vt patet. s. 19. c. Si autem a casu fiebat sicut dictū fuit Numeri. 35. ꝛ. s. 19. ca. (egredient maiores natu). i. seniores qui erant in magna reputatione apud totū regnū (ꝛ iudices tui) nō erant isti iudices alicuius ciuitatis propinqui loco cadaueris inuenti: sed iudices maiores israel qui predicta ingrebant noīe totius israel: cui ista mandata fuerūt. Satis pz qꝫ isti maiores natu: ꝛ iudices nō sint iudices: vel maiores natu in ciuitate illa qui ꝓpinquissimus erat: quia dz hic: qꝫ isti ingrerent que ciuitas sit ꝓpinquioꝝ illi loco in quo cadaner reperit: ergo videt qꝫ cum isti inciperent inquirere metiēdo spacia ciuitatū nescirent que sit ꝓpiquioꝝ: nō ergo poterat cē qꝫ seniores vrbis ꝓpinquissime facerent istam inquisitionē cū nescirent que esset ꝓpinquioꝝ ciuitas: sed per hūc modum ingrebat. ¶ Itē quia dicit hic qꝫ postqꝫ cognoscerent que eēt ꝓpinquioꝝ ciuitas ibant seniores illiꝰ ciuitatis ad faciēduz cerimonias istas sequētes super locum cadaueris ꝛ in valle saxosa: ergo seniores qui fecerāt priores cerimonias. s. inquirere que ciuitas distantioꝝ esset nō erant idez qō isti scōi: ergo nō erant de ciuitate ꝓpinquissima. (Et metient a loco cadaueris.) Non oportebat qꝫ aliquā mensurationem facerent: sed cōsiderarent quot leucis miliaribꝰ: vel stadijs locus ille a ciuitatibꝰ circūstātibus distaret. (Seniores ciuitatis eiꝰ tollent vitulaz.) Iste cerimonie fiebant ad manifestādam veritatez: ꝛ quia semp ꝑsumit qꝫ aliquis de ciuitate ꝓpinquioꝝ occidisset hoīem: ideo aliqua grauamina fiunt ciuitati: vt ipsi cōfiteant veritatē si sciunt. s. qꝫ cogunt iurare seniores illiꝰ ciuitatis ꝛ honoratiores qꝫ nesciūt de homicida: hoc aūt nō iurarent si scirent. (que nō traxit iugū) inferendo currus. (nec terram scidit vomere). s. arando: ꝛ ista fiebant qꝫ tales vitule ferociores ad signādum ferocitatem homicidij. (Ducent eaz ad vallem asperā saxosam.) vt signet crudelitas vel asperitas occisoris (que nunqꝫ arata est) quia terre arate alicuiꝰ domini sunt: ꝛ tunc singulari ꝑsone fieret dānū: qa nō posset vltra aliqd agere in terra illa (ꝛ cedent in ea ceruicez vitule) vt signetur qꝫ decapitari deberet homicida ꝛ qui celat homicidiū. (Accedentqꝫ sacerdotes filij leui.) qa isti sunt iudicare debent in omni cā vt inquirant si apparet aliqō signū homicide (filij leui) nō ponit ad differētiaz alioꝝ sacerdotuz: qa nulli alij erant sacerdotes nisi ipsi vt diximus. s. 18. c. Lz filij Dauid vocabant sacerdotes vt pz. 2. Reg. 8. c. erāt tñ de tribu iuda: ꝛ vocant sacerdotes. i. viri potentes. (quos elegerit dñs) oēs sacerdotes ad ministrāduz electi sunt: sed aliqui de eis spāliꝰ ministrabant qui magis pertinebant ad cognationē summi sacerdotis: sed summū sacerdotiū aliqualr variatū est sm qꝫ deꝰ diuersis temporibꝰ eligebat vt mutauit de domo Heli sacerdotiū in domū samuelis: imo vt veriꝰ dicat in ipz samuelē: qz filij nō successerunt in summo sacerdotio: qz nō secuti fuerūt viam patris sed auaritiaz vt habet ꝑmo Re. 8. c. deinde fuit mutatuz in domū sadoch qui fuit sacerdos fidelis: ꝛ in domo istius māsit post: vt ꝓmiserat deus ꝑmo Re. c. 2. Lz forte postea per diuersas eius lineaz successionū mutatū fuerit sicut sub domo finees de domo heli ad sadoch domū translatuz est (vt ministrent ei) in offerendis sacrificijs cōcinandis luminaribꝰ: ordināndis panibus: ꝛ thimiama incēdendo: ꝛ ignez continuū in altari fouēdo. (Et benedicāt in noīe eius) quia sacerdotes ponebāt nomē dñi super populuz ꝛ deus benedicebat eum: forma aūt benedictionis habet Nume. 6. c. (Et ad vbuz eoꝝ omne negociuz pendet). i. quicqd ipsi iudicant ipsi ꝓ stabili accipit: qz nō licet ab eis appellare vt pz. s. 17. c. ꝛ quicūqꝫ eoꝝ ꝑcepto nō obedit moꝝte plectendus est: ad verbuz aūt alioꝝ iudicū nō pendet omne negocium: qz ipsis diffinientibꝰ adhuc manet appellationis remedium. (Et quicqd munduz vel imundū est iudicet.) Hoc etiā specialr pertinebat ad sacerdotes: qz ipsi cerimonias circa mūdos vel imundos facere debebant vt habet Leui. 13. ꝛ. 14. ca. Qñcūqꝫ eniz lepre signum appareret in domibꝰ siue in parietibus siue lapidibꝰ vel aliqua parte domoꝝ: vel in supellectilibꝰ vt in vestibꝰ vel alijs stramētis: aut in pilis hoīs: vel in qualibet parte cutis sacerdotes vocabant ꝛ veniebant vt cōtemplarent vtrum lepra foret vel nō: ꝛ sm qꝫ isti iudicabāt ita manebat siue munduz: siue imunduz aliqd iudicaret ꝛ hec obseruauit christus qui venerat nō vt solueret legem sed vt impleret: nam cum sanasset lepro sos decē dixit illis: ite ꝛ ostendite vos sacerdotibꝰ: ꝛ offerte munus qō precepit Moyses in testimonium illis. i. vt clarum sit eis qualiter mundati estis a lepra.

¶ Causa aūt quare iudicare mundiciaz vel imundiciam a lepra: vel ab omnibꝰ alijs pollutionibꝰ pertineret ad sacerdotē est: qa imundicie de quibꝰ habet in lege Moysi: sunt quedaz irregularitates excludentes a cōmunicatione sanctuarij: nam quedaz excludebant hoiem ab ingressu ꝛ accessu tabernaculi ꝛ totiꝰ sanctuarij solum: quedaz aūt excludebant ab accessu ꝛ ingressu sanctuarij: ꝛ ingressu castroꝝ: ꝛ cōiacione cum alijs hoībus: ꝛ quia ministratio in sanctuario: ꝛ custodia eius quātum ad hoc vt aliquis accedere deberet ad illud: vel non pertinet ad sacerdotes vt pz Nume. 3. et. 4. et. 18. c. cuz dicit. de aaron tu ꝛ filij tui portabitis iniquitatē sanctuarij. i. super vos erunt inigtates quas cōmiserint aliqui accedendo ad sanctuariū ad sacerdotes pertinere deberet vt cognoscerent quis mūdus: vel imundus esset vt eum ad accessum sanctuarij ꝛ introitum castroꝝ idoneum vel ineptuz esse sciant: ꝛ nō solum iudicabant mundiciā quātuz ad id qō imediate excludebat ab accessu sanctuarij: sz etiā quātum ad id qō arcebat ab accessu castroꝝ sicut erat in leprosis: ꝛ fluentibꝰ semine ꝛ similibꝰ: de quibꝰ Nume. 5. ꝛ Leui. 15. ca. quia illi qui erant in castris per cōmunicationem cum istis qui erāt taliter imundi cōtrahebant quādaz imūdiciaz: ita vt ad sanctuarium accedere nō valerent vt patet Leui. 15. ꝛ magis Numeri. 19. c. vt ergo isti nō inficerent ceteros pertinebat inquisitio: ꝛ exclusio: vel receptio eoꝝ ad sacerdotes: sicut ē nūc de snia excōicationis. cōfozmiter. n. se hz snia excōicationis cū imundicijs veteris testi: naz sicut p excōicationē minoꝛē excludit qs a cōicatione: siue pticipatione sacrafitoꝝ solū ꝛ nō excludit a cōmunione fidelitz: ita sunt quedaz imundicie per quas quis excluditur solum ab accessu sanctuarij: non tamē excludit ab ingressu castroꝝ ꝛ cōmunicatione cum alijs hoībus: ꝛ sicut p maiozem excōmunicationē aliquis priuat cōmunione fidelium: ꝛ participatione sacramentoꝝ: ita sunt quedaz imundicie in veteri testamēto que excludunt hoiez a cōmunione alioꝝ: ꝛ ingressu castroꝝ ꝛ accessu ad tabernaculuz: ꝛ sicut excōmunicatus excōmunicatione minori quātuz ad se est priuat cōmunione sacramentoꝝ ꝛ cōmunicantes eidez: nec priuantur cōmunione fidelium: nec sacramentoꝝ: ita sunt quedam imundicie in veteri testamento quas aliqui habētes imundi sunt: sed cōmunicantes vel tangentes eos nō sunt imundi: ꝛ sicut excōmunicatus maioris excōmunicatione quātum ad se participatione sacramētoꝝ: ꝛ cōmunione fidelium priuatus est: ꝛ cōicantes eisdem cōicatione sacroꝝ ꝓuant: ita sunt quedaz imūdicie: vel irregularitates in veteri testō qui hītes imūdos efficiūt: ꝛ tāgētes eos imundi

Qō. 2. A

Judicat mūdiciaz vel imūdiciaz ab alijs polluticibꝰ: quaꝝ ad sacerdotem attineat.

Qualr se hīt excōmunicatio maioꝛ et minoꝛ ad mundicias et irregularitatez vite.

B

mundi etiam sunt differentia hoz ꝑ3 Leui. 15. ⁊ Nume. 19. ca. Nam leprosi sunt sicut excōmunicati maiozi excōmunicatione: ⁊ viri fluentes semine: ⁊ mulieres menstruate: ⁊ mulieres que fluxum sanguinis patiuntur diebus multis: quia isti ceteros inficiunt vt patet Numeri. 5. ⁊ melius Leui. 15. Illi aūt qui hos tangunt sunt sicut excōicati minozi excōmunicatione: quia cum ipsi in se efficiant: ceteros tm̄ tangētes vel cōicantes nō inficiūt in excōicatione: ergo ideo hoc cōformiter obseruatū est vtrum per eā semp qualiscūq; sit a sacramētis excludamur: q̄ a sacerdotib⁹ ministrant a solis viris ecclīasticis excōicatio infligi: ⁊ absolui possit: seculares aūt nullaz in ꝟbis ptātez cū ꝓprie censura ecclīastica nuncupetur. (Uenient maiozes natu ciuitatis.) Postq̄ maiozes natu ⁊ iudices israel veniebāt: ⁊ mēsurabāt q̄ ciuitas ꝓpinquioz esset loco illi in quo cadauer occisi bois repertū erat: illa ciuitas manebat aliquo mō magis rea sanguinis q̄ cetere in circuitu ciuitates: q̄z magis ꝺ eaz q̄ ꝺ ceteras presumenduz erat. ⁊ tunc si nō sciebat manifeste quis in ciuitate illa effusoz sanguinis fuisset fiebat ista obseruatio cerimonialis ad purgationē ciuitatis: maiozes natu. i. seniozes. s. qui primo nati sunt: ⁊ isti faciebāt istā purgationē: q̄z maiozes erant auctozitatis q̄ ceteri de pplo ⁊ ad quoz sniam toti⁹ populi pendet status: ⁊ faciebāt isti q̄z totius ppli vicez gerebāt vt istis faciētib⁹ tot⁹ populus facere videret sic cū rectozes ciuitatū aligd agūt: ga gerūt psonā toti⁹ cōitatis ē q̄z isti seniozes prudētiozes st: ⁊ magis poterūt ꝑ ꝺiecturas: vl alias iudicare qs sāguinē fuderit q̄ illi qui nō sunt seniozes. ¶ Itē q̄z isti iurāt q̄si cuz ista onīt. s. man⁹ vestre nō effuderūt hūc sanguinē: nec oculi viderūt: oz g̃ tale q̄si iuramentū fieri per illos quoz veritati magis cōfiditur cuiusmodi sunt seniozes: ergo seniozes cerimonias has comlere debēt. (accedent ad interfectū.) fiebat ista cerimonialis obseruatio sup interfectū vt eēt cū maiozi solēnitate ⁊ magis mouerent intrinsec⁹ ⁊ hozrerent falsuz ꝺicere pnūb⁹ ipsis cadueribus hois iterfecti: vel aligs volens nālr loqui ꝺiceret hoc fieri ad monstrāduz qs occidisset hoiem illuz: est. n. nāle quodaz q̄si miraculuz eis qui cām hui⁹ ignozant vt si aligs hō mozt⁹ fuerit: ⁊ occisoz aduenerit vulnera sanguinē sudent ⁊ nō solum cuz qs recēter occisus est: sed ēt cū a multis ꝺieb⁹ fuerit homicidiū ꝑpetratuz ex ipsis nudis ossib⁹ solet interdum cruoz effluere vt multotiēs visuz est: cū ergo seniozes populi: ⁊ magna ꝑs ciuitatis cuz eis cōuenissent sup cadauer bois interfecti: si ibi occisoz adesset manifestaret in emanatiōe cruozis de vulnerib⁹ q̄ ꝑtere nō posset alr. s. si cerimonialis ista obseruatio fieret in ciuitate ꝓpinqua vel in aliquo loco ꝺistanti a cadauere bois occisi (lauabunt⁹ man⁹ suas sup vitula) ad signāduz q̄ ipsi inocētes sunt ⁊ mūdi a crimine hoc: nec merent occidi vt vitula: ⁊ ista lotio soluz erat signatio mūdicie: sed nō fiebat per istaz aquā mūdicia aliqua. Sicut alique gentes putauerūt q̄ alique aque crimina ꝺiluūt: ideo hercules lauit se in quodam fonte in libia in quo se a cunctis credidit piaculis absolutuz vt ꝑ3 per Senecam libzo ꝑmo tragediarū circa finē: sed hāc opīonez ꝟprobat Ouidius ꝑmo fastoz. Et sicut iste modus ab antiq̄s gentilib⁹ inuētus est: ita q̄si toto tpe gentilitatis apud hoies nō totalr doctos ꝑmansit. nam pilat⁹ qui fuit tpe chr̄i q̄si aduesperascēte: ⁊ finito gentilitatis tpe hoc tenere visus est: nam cū chr̄s ei iudicandus a iudeis perfidis ꝺiceretur videō q̄ in eo nulla mozt̄is cā erat: vt oze suo ꝓtestat⁹ est vt cōplaceret iudeis: q̄z non poterat cōpescere vocē acclamātis plebi3: sed magis tumultus fiebat in populo ꝺecernēs eū crucifigi debere: q̄z scelus hoc manifestum erat: vt non teneret reus crimis huius cunctis cozā astantibus lauit manus suas ꝺicēs: mūdus ego sum a sanguine iusti huius vos videritis vt ꝑ3 Mat. 27. c. ⁊ Luc. 23. ¶ Erroris huius occasio fuit i antiq̄ gētilitate q̄ꝺaz ipzopria trāsumptio: naz sicut aquā videbāt labes cozpozis prozsus abstergere ita ⁊ inquinamenta anime abluere crediderūt: ⁊ sarraceni banc opinionem sequūtur qui in templis suis fontes hūt qui latine ꝺelubza vocant a ꝺiluendis crimīnib⁹ sic ꝺicti vt ipsi existimant: ideo ibi sepissime se abluunt. Sed magnus erroz est: q̄z sm̄ nālem ꝺisciplinaz: agens ⁊ passum ꝺebēt ꝓportionari vt talr sit patiēs receptiuū qualr agens est actiuū: ideo ea q̄ incozpozea sunt a cozpozib⁹ nō patiunt: q̄z cozpoza agunt emittēdo virtutē suā ꝺiui sibilr ꝓpter extensionē quātitatis ⁊ ꝺistantiā partiū insitu: ita q̄ ab vna pte emittit vna pars virtutis: ⁊ ab alia pte alia pars virtutis. Incozpozalia aūt idiuisibilia sunt: ideo nō pōt recipe aligd ꝺiuisibilr: ⁊ sic nequaq̄ spūs a cozpozib⁹ patiunt directe: secus est indirecte: de quo magis ꝺictū est Exodi. 22. c. aīa autē est in qua peccatū est sm̄ id esse q̄ꝺ ꝟ3: si ergo aī a spūalis est nec esse est peccatū spūale esse: quia semp id q̄ꝺ in alio recipit simplicius ⁊ formalius est: non pōt ergo ad tantā virtutez accedere vt purget mētis inquinamēta: ipsi tm̄ talem translumptionez posuerunt ⁊ cōcesserunt: quia qdam circa naturaz anime errauerunt: quidaz vero circa ipsuz peccatū qd sit circa naturaz aīe nō solum errauerūt vulgares gentiles: qui nō solum in hoc sed etiaz in ceteris errant: imo ⁊ ipsi populi: quidaz nāq̄ eā sanguinem esse ꝺixerūt qdaz aerem quē attrahimus: ⁊ ista valde cōis erat: vnde ⁊ ab hoc aīa ab animos q̄ꝺ est ventus grece ꝺicta ē: ⁊ spūs apud latinos a spirādo. i. flādo q̄ꝺ ad vētū ptinet: multi quoq̄ alij modi errandi sunt de quib⁹ ad nos ꝺicere nihil attinet: de quib⁹ plene aristo. libzo ꝑmo de aīa. Qui aūt animaz de natura cozpozis esse putant vt aerem vel sanguinē esse ꝺicant: satis cōcedent eā per aquā emundari: nos aūt qui aīaz tam sm̄ plīcaz ꝺoctrinā q̄z sm̄ catholicā vitatē spūm esse fatemur: eaz per quā posse mundari: necessario negare cōpellimur. Sed adhuc isti qui errant circa nām aīe nō multū ꝺident errādi occasionem habere: quia nō est facile ꝺari qualr sanguis ⁊ attract⁹ aer per aquam emundent: sed rudis gentilitas hec oīa vsq̄ ad vnguez coaptare: aut nō curauit: aut quod verius est ignozauit. Alij errabant circa ipsiuz peccatū ⁊ qdaz tantū errabant vt peccatū esse nescirent: sed qa hi rudissimi totius seculi erant de eis curādum nō est. Alij aūt errabant: q̄z cum pctū esse cognoscerent putabāt illud esse quādaz maculaz vel īmundiciā cozpozalem: aut cozpozib⁹ adherentē: ⁊ tunc cū aqua oīa cozpoz ingnamenta ꝺepellat satis īmunditias pctōz abstergere sufficiebat: ⁊ in hoc adhuc magis rudis populus ꝟsentiebat: ⁊ sic satis coaptatur q̄ abluto cozpore oīa vitia abstergant. ¶ In his tm̄ erat ꝺiuersitas: q̄z qdā totū cozp⁹ abluebāt vt ab oīb⁹ vitijs mūdissimi redderent: qdā āt solas man⁹ lauabāt: q̄z male actiōes p q̄s causabant sm̄ ipsos macule pctōz per manus fiebant que sunt ozgana operatiua: ꝓmū fecit hercules in fonte libico totū cozp⁹ abluens: scōm fecit pilatus vt cozā toto populo manus lauerit: sicut hz Mat. 27. c. ¶ Sed aligs arguet q̄ ista obuient veritati catholice: nam vt ait Beda ⁊ hz per magīm sniaz in. 4. cum agit de baptismo q̄ chr̄istus tactu sue mundissime carnis vim regeneratiuā aquis tribuit: vis regīatiua est vis faciēdi hoiem nouū relicta vetustate peccati: ergo aqua hz vim lauādi pctā. ¶ Ad hoc poterat rīderi q̄ aqua nō habuerit vim regeneratiuā siue ablutiuā pctōz: ⁊ sic illi qui putabāt per lotionē crimīa tolli errabāt: habuit tm̄ aqua vim regenerandi post chr̄i baptismuz: ⁊ sic sonat auctozitas Bede. s. q̄ chr̄s tactu sue mūdissime carnis viz regīatiuā aquis ꝺtulit: ſz vt acutius ⁊ explicatius loquamur ꝺicēdum est q̄ aqua nō hz vim regeneratiuā in ablutionē criminū: nam si talis virtus in aqua esset: siue hec virtus inesset ex natura: siue quia postea chr̄s ꝺedisset necessariū erat vt semp in aqua ista virtus esset cū absolute inesset: sicut aliqua alia qualitas in suo subiecto. sed falsuz est: q̄z tunc q̄ñcūq; aligs lauaret in aqua: ista virt⁹ regīatiua pctā abluret: sicut q̄ñcūq; aliquis intret in aquaz: quia humida est necessario humefacit. ¶ Item oēm hoiez purgaret a vitijs sicut frigiditas aque q̄ñcūq; hoiez īfrigidat: aut calefacit ita ⁊ vis regīatiua: si in aqua esset q̄ñcūq; hoiem regeneraret a vitijs mundans: sed oz q̄ est virtus regīatiua in aquis. s. q̄ ꝺe⁹ voluit q̄ tanta virtus esset vt accedente verbo ad elemētuz aque fieret sacramētuz baptismi: in quo fit plena remissio pctōz ⁊ ī nullo alio elemto hoc fit. ¶ Sed forte adhuc ꝺices q̄ ista redargutio antiquoz nō bene stet q̄si ipsi putant q̄ in lotiōe per aquā lauarent crimina: quia sicut nos ꝺicim⁹ q̄ ꝑ baptismū fit plena pctōz remissio in nouo testamēto: ita ante chr̄i aduentū in fide ⁊ spe baptismi chr̄i crimina ꝺilui poterāt: ꝑ3 hoc de omnib⁹ cerimonialib⁹ obseruationibus veteris testamenti que proficiebant ad salutē inquātum per eas tacite vel exprēsse confitebant messiam venturuz. ¶ Respondet q̄ hoc non pōt stare ꝓpter duo. s. quia ista ablutio in aqua a gentilib⁹ non fiebat in fide baptismi a chr̄isto instituendi: ⁊ quia ꝺato q̄ in fide illius abluerent per illam ablutionez nō lauarent crimina. ¶ Primū ꝑ3 qa sicut nunc in quacūq; aqua fiat baptismus virtus regeneratiua equalr ibi est ita si antiqui gentiles in fide chr̄isti lauarent in quacūq; aqua crederent crimina ablui: sed nō credebant sic q̄si potius Hercules quēdam fontē in libia ad hoc specialr elegit: ⁊ Theseus admonens Herculem suadebat ire in teram suam: quia ibi poterant peccata eius ablui: vt patet in fine prime tragedie Senece que ꝺicitur: Hercules furens quasi in terra illa aliquid speciale eēt: ergo nō abluebāt se in fide baptismi chr̄i. ¶ Itē qui hz fidez de baptismo chr̄i q erat aligō spāle sacr̄m chr̄i haberet fidem

† Multi antiq̄ putarūt crimina certa ꝺaqua deleri.

† Quar pilat⁹ lauit man⁹.

Q.3 A Qr gentiles ⁊ sarraceni se pe lauāt cozpoza sua ⁊ manus ⁊ credebāt aquā crīa abstergē

L Ad quid hec cerimonialis obseruatio fiebat sup interfectum.

B Errores pene nes nāz aīe.

Obiectio.

Responsio

L In baptismo fit plena remissio peccatoz.

Obiectio

Responsio

pelleret facere talē murū tecti si domus nō bret ſz ga intelligitur q si vetus est q bret illum murū cū mādet q qlibet dom⁹ noua cū edificat habeat murū tecti: si aūt domus vetus totaliter cadat: vel virua⁹ ⁊ penitus restaureť videť nouiter fieri ⁊ tunc est talis murus faciēdus. (Facies murū tecti p circuitu⁹.) In terra illa erāt tecta domoꝝ supra plana nō de tegulis: ſz de calce: lapide: terra vel gipso: ⁊ ꝺueniebāt boies ad requiescēdū sup tecta ⁊ si nō bret tectū aliqō labiū eleuatū in extremitatib⁹ suis faciliter poterat aligs cadere deorsum: ideo mandatur q fiat murus. i. aliqua eleuatio terre vel lignoꝝ. q̄ cadere non sinat ⁊ similes domus sunt in catalonia: ⁊ de istis domibus loquebať christus qñ dixit Matth. 10. qō auditis in aure p̄dicate sup tecta: quia in illis tectis ꝺueniebāt boies ad colloquia ⁊ poterant ibi conueniēter discipuli christi p̄dicare. (Ne tu fis reus labēte alio.) Reus eēt si propter negligētiā suā aligs moreretur. (Et in p̄ceps ruēte.) Precipitari de alto est. ſ. de superiori pte dom⁹ ⁊ ista tecta vocabātur domata: de qbus. 2. re. 5. ⁊ tetigisset domatū fistulas. (Non seres vineā.) Dic ponit pars incidētalis q̄ est ad q̄sdā cerimonias. (Altero semine). ſ. seminā do triticū vel ordeū: siue legumina: ⁊ rō huius subdit in lra. ſ. (Ne semētis quā seuisti ⁊ q̄ nascunť ex vinea piter sanctificentur.) Ad vtilitatē leuitarū ⁊ sacerdotū ista dicta sunt: ga aliqui putarēt q p̄mitie ⁊ decime solū semel debebāt de eodē fundo eodez anno: ga ergo darētur decime ⁊ p̄mitie de frugibus q̄ p̄ro colligebanť postea credereť q de vuis nihil dari dēret. (Ne semētis ⁊ q̄ nascūť ex vinea piter sanctificēť). i. ne credas q semētis. i. fruges ⁊ q̄ nascunť ex vinea. i. vue simul sanctificantur ita q soluēdo decimas vel p̄micias de vno ad sanctificationē sit solutū de alio. Aliqui volūt q rō p̄hibitiōis est vitatio supstitiōis: ga gētiles ad honorē ꝺiunctionis planetaruꝝ seminabāt diuersa semina ꝺiuncta in agro vno: ſz nō multū vz ga rō mādati assignat in lra. in hebreo bť. (Nō seres mixturā ne polluat plenitudo seminis qō seminasti.) Et ista diuersitas est pp equocationē nois: ga signat pollutionē ⁊ sanctificatiōez cū alijs ⁊ alijs punitis. Et est sensus q nō misceātur ista ne plenitudo seminis. i. totū semē polluat pp vuas: ga fm regulā data Leui. 19. c. fructus triū p̄moꝝ annoꝝ in qlibet arboze immūdi erāt ⁊ deberēt p̄cidi ab arboribus: ⁊ tūc ista poma tactu suo polluerēt fruges vt nō posset ex eis aliqd offerri ꝺño ſz melioz est lra nra: ga nō vz vex q ꝺtactus fructus immūdi polluat segetes: ga mortifera alia cadētia sup semētē nō polluūt eā nisi semētis pfusa fuerit aqua vt bť Leui. 11. c. (Itē ꝺato q semētis polluereť ꝺtactu isto nō p̄hiberet ista mixtio simplr: qz solū tribus annis erāt fructꝰ immūdi ergo deinde semp possent talē mixtionē facere: p̄hibitio aūt scōm intellectū lre nre ppetua est. (Non arabis in boue ⁊ asino.) Sicut inuitauit nos. s. ad pietatē in auibus ita hic inuitat ad pietatē in q̄drupedibus: ga deus etiā misereť istoꝝ: ga opa sua sunt vt ps sapiē. 11. c. misereris oīum qñ oīa potes ⁊ nihil odisti eoꝝ q̄ fecisti: asinus āt cū boue arare p̄hibeť: quia bos fortioꝝ ē ⁊ magis de terra p trāsit vñ ingrauaret totū iugū sup asinū ⁊ valde torqueretur asinus: ⁊ qō ꝺr de arando ꝺr etiā de portādo currū idē etiā intelligiť de mulo vel mula cū asino: ſz non exprimitur de eis. qz supponebatur q muli ⁊ mule non forent in terra promissionis cū ista gignantur ex coitu diuersarum specierū qō hebreis p̄hibitū erat Leui. 19. c. (Nō indueris vestimento.) Ponit aliud incidens quātū ad vestes: ga nō solū cauenda est mutatio vestis sed ēt diuersa ꝺtertio. ſ. ex lino ⁊ lana: ga sacerdotes magni vtebanť vestibus ex lino ⁊ lana cōtextis: vel ꝺr ad euitādā ido latriā: ga sic sacerdotes idoloꝝ vtebanť ad cultū demonum vel ad honorē planetarū signātes ꝺiunctionē eoꝝ in hoc. (Funiculos in fimbrijs.) Ponūt vestimētū a quo debēt abstinere: hic ponit illud quo debēt vti: fiebāt eni pallia. i. supiora vestimēta iudeoꝝ apta aūt ⁊ retro ⁊ in duobus angulis cuiuslibet aperture erāt duo funiculi iacinctini pēdētes ⁊ sic erāt. 4. funiculi: ꝺistinguebātur āt iudei p istas vestes ab alijs gētib⁹ de qb⁹ ꝺictū fuit nu. 15. c. ⁊ inter iudeos illi q magis se obseruatores legis demōstrabāt istos funiculos maiores alijs boibus faciebāt vt ps Mat. 23. c. dilatāt filateria ⁊ magnificāt fimbrias. ē aūt rō hoꝝ qa iudei soli erāt tpe isto populus dei iuxta illud ps. 75. notus in iudea deus ⁊ in israel magnū nomē eius: volebat ergo deus hos a ceteris populis ꝺistinguere sicut pastor q oues suas diligit: signat eas ne pdanť cū alijs. (Erāt aūt iudei dupliť signati interius ⁊ exterius: interius erant signati in carne exterius erāt signati in vestibus: signatio in carne erat p circūcisionē: signatio in vestibus erat p angulos palliorū ponē do fila siue funiculos iacinctinos: de circūcisione aūt rō ps ⁊ positus fuit Gen. 17. c. erat. n. istud pactū dei in carne iudeoꝝ vt ps Gen. 17. c. ſ. q iudei pepigerāt in carne sua recipere circūcisionē ⁊ p hāc ptestabanť messiā futurū de suo semine cū ob illum circūciderētur: ⁊ ꝺistinguebātur in hoc ab alijs populis: qz alij populi nō poterāt ptestari de se xp̄m nasciturū p qō se demōstrarēt bre vitatē huius p̄missiōis: ēt ga si nō dareť signū in carne iudeoꝝ non esset aliqō signū certū p qō agnoscerenť alig vtrū eēnt iudei vel nō. nā vestes signū fallax sunt cū quilibet satis faciliter posset in vestibus suis ponere illa petatia iacinctina in angulis pallioꝝ nullus tñ maxime in magna etate ex q̄cūq⁹ cā vellet se circūcidi pateret nisi iam circūcisus eēt: ⁊ sic nō eēt facile q aligs fingeret se eē iudeū cū nō eēt: necessariuꝝ fuit etiā signū ꝺistinctiuū in habitu exterioꝝ: ga ſz circūcisio in mēbro virili eēt potissimū atq⁹ certissimū signū ad cognoscēdum iudeos: nō posset tñ aligs p illud cognosci nisi cū magna fieret scrutatio: ga ille pte⁹ maxime latēt: in habitu ergo cognosci debuerūt vt aliq cognitio facilis haberet ſz certissima non eēt: ⁊ sic ista duo signa necessaria: ga nec circūcisio p se sufficit: nec signū p se in habitu. nā ſz circūcisio firmiter demōstret faciliter cū nō iudicat: qz pte⁹ ille latēt: signū ēt i veste nō sufficit: qz ſz facilr ꝺistiguāt ñ tñ firmiť arguit: habito āt vtroq⁹ signo ⁊ facilr fit ꝺistinctio: ⁊ firmiť ita q vnū signū adiuueť p alte⁹.

(Si duxerit vir.) Dic ponit tertiū principale. ſ. regulatio cōcupiscibilis ⁊ cōtinet tria p̄incipaliter. ſ. (De adulterio.) (Secūdo de stupro ibi. (Si inuenerit vir.) Tertia de icestu ibi. (Nō accipiet.) Pria in duas qa aliqñ cōmittitur adulteriū in despōsata aliqñ in maritata. ſcōa ibi. (Si dormierit vir). (Et postea eā odio habuerit). ſ. postq̄ cognouit eā carnaliter. (Quesierit-q occasiōes qbus eā dimittat.) (Sz ad quē oportebat q̄re occasiōes: ga si nō placerz i oculis ei⁹ poterat eā repudiare vt ps. j. 24. c. (Rñr q forte faciebat vir vt mulier pderet dotē: ga adulterata fuisset si tñ obijceret ei aliā fēditatē nō pdebat dotē: posset āt forte melius dici q fiebat ista obiectio ad solaz matrimonij ꝺistunctionē ⁊ nō ad lucrādū dotē: sed opponebat vir istā occasionē: ga forte nihil aliud poterat opponere: ga si opponeret aliā fēditatē corporis vel morū imediate posset patere veritas illius obiecti qō nō est ita facile. de adulterio posset ēt dici q vir odio hēbat eā tō nō opposuit ei aliquā maculā ad ꝺirimēdū matrimoniū: ſz ad hoc q mozereť ſz lra nō multuz vult hoc ga dicit. (Ut dimittat eā.) Et sic solū de separatōe logť. (Obijciēs ei pessimū nomē). ſ. q adulterata fuerit: nihil eni peius de femina dici pōt. (Et ingressus ad eā nō inueni eam virginē.) Vir accusat hoc de adulterio vxorē: nō de adulterio cōmisso in domo viri ſz de adulterio cōmisso i domo p̄ris. ſ. post despōsatiōez. (Et si dicas qūo pt p̄bari q puella ꝺmisit adulteriū ex hoc q nō inuēta ē virgo: ga posset añ desponsationē fuisse corrupta. (Rñr q si puella ꝺmisceat alicui viro qñ nō ē despōsata: nō ponit pena mortis vt ps. j. i lra ⁊ Exo. 22. c. si aūt desposata fuit ⁊ tradita viro: ⁊ nō inuēta virgo: siue añ desponsationē siue post corrupta fuisset mozi debēbat: ga ēt si añ despō sationē corrupta fuisset tñ tenebať hoc añ ꝯctū matrimonij reuelare: ga vir forte nō recepisset eā nisi eēt virgo: cū g̃ sub ꝺitōe virginitatis ꝯctus factus sit si nō inueniat talis occideť: presumiť nāq⁹ q puella q̄ in habitu virginali accipiť q virgo sit ⁊ si nō ē: cū p̄miserit se despōsari tāq⁹ virginem rea mortis est. (Tollent eā pr ⁊ mr eius.) Qñ vir sic accusaret vxorē suam de crimine pessimo puella recurrebat ad p̄res ⁊ mres q eā tutarētur: ⁊ ipsi tāq⁹ defensores filie sue ducebāt eā ad iudices q sedebāt in porta vrbis vt defenderēt eā aduersus virū crimina liter accusantē: ga ipsi poterāt p̄bare id quo puella ab īpetitione viri liberareť. (Et ferrēt secū signa virginitatis ei⁹). i. lintea mē i quo spōsus cū spōsa p̄mū dormiuit vt ibi appareat defloratiōis signū: ⁊ hoc i die p̄mi accessus sub testib⁹ ⁊ scripto sumebāt claudētes illud i loco securo vt nō posset ibi aliq̄ fra⁹ fieri subtrahēdo vel apponēdo: ⁊ hoc ps q ꝺr. j. (Extēdētq⁹ vestimētū). i. linteamē. (Sz aliq nō ꝺcedūt hoc ꝺicētes eē valde turpe talē panū demōstrare: iō exponūt lraz sub metaphora vocātes extēsionē vestimēti euidētē testiū p̄bationē: ſz nō vz multū turpe q sic inquirať veritas: ga nō oportebat q linteamē monstrareť cora toto pplo ſz solū coram iudicib⁹ i secreto q i hoc sentētiarēt: maxie ga ad inquirēdū rei certitudinē null⁹ mod⁹ q sine infamia alicuius p̄sone fit turpis sit cū alia turpiora medici ad sanitatē faciāt: nec ꝺsueuit scriptura i tali loco metaphoraz facere. Accipiēdo āt illoc intellectū posset ꝺici: q qñ spōsus p̄mo cognitur⁹ erat spōsaz veniebāt matrōe ⁊ tāgebāt genitale

† Dom⁹ catbalonie ⁊ valentie hispaniarū domib⁹ terre p̄missiōis saltem i tectis assimilāť.

† Pars incidētalis ad q̄sdā cerimonias.

† Lra hebraica dissimilis. Lre expositio.

† Judei dupliť erant signati.

† Regulatio cōcupiscibilis.

† Obiectio.

† Rñsio.

† Que erāt signa virginitatis i puella.

† Qualia erāt iudeoꝝ vestimēta.

spōse ⁊ sic ꝓbabāt vtrū virgo eēt: ⁊ forte testificationes istarū sub figillo publico ponebant ad firmitatē: vt ex eis ꝓbaret virginitas puelle ⁊ istas scripturas spandebāt coꝝ seniorib⁹ ad ōmōstrādū vginitatē puelle ꝛ ꝓior expositio melior vī nec pt † als bñ retorqueri. (Ad seniores vbis.) Qñ talis cā indicanda erat: ga satis grauis erat cōueniebāt seniores vbis cū iudicibus ciuitatis: ga in bis factis bt alig⁹ locus coniecture ⁊ senio † res q ꝓdētiores sunt magis in b attēdere pñt. (Qui in porta ciuitatis sunt.) Qz ibi erat locus iudicādi eo q⁹ locus publicus † erat vt sepe dictū est: ⁊ bt in isto libro in multis locis i lra. (Et dicet pr.) Pr ⁊ mr puelle ducebāt puellā ad iudices i porta vr- † bis: ꝛ ga ambo log nō poterāt pr q erat honorabilior ⁊ prudē tior inquātū vir loquebat. (Filiā meam dedi huic in vxorē.) £ Hoc dicebat pr postq̄ spōsus ꝓposuisset ɔ puellā q⁹ nō inueniſ- † set eā virginē. (Oꝛ ga odit). i. ga nō diligit eā vel nō vellet eaz Notādum bre iam in vxorē. ¶ Sciēdū q⁹ ista cōquestio fieri debat ime penes lraz. diate post nuptias celebratas: nā cū spōsus imediate postq̄ co gnouisset puellā ɔquereret qđ nō inuenisset eā virginez: aliquo mō tolerare ꝯrela sua: ga satis ꝑsumi posset q⁹ facere stimulat⁹ dolore ga ali⁹ ꝑcognouisset eā: si tñ p multos dies post vt si post dimidiū annū vel vnū annū talē in vxorē ꝓponeret q̄- stionē satis ɔ ipm argueret q⁹ calūnians b faceret ex aliq̄ alia cā vt eā a se abiscere t: ga si ex dolore illo q⁹ alius ꝑcognouisset vxorē suā moueret añ hoc fecisset q̄rimoniā. s. imediate vt co gnouit eā ⁊ nō inuenit virginē: ga tūc recens dolor violentior † eēt. (Imponit ei nomē pessimū.) Uocat nomē pessimū q⁹ ab- soluta mulier dicatur fornicata añq̄ a viro suo cognosceret. † (Ut dicat nō inueni filiā tuā virginē). i. b est nomē pessimuz qđ ponit. s. nō inueni filiā tuā virginē: qđ magna infamia est puel le ⁊ pri puelle: iō qñ vir male accusauit condēnat pp malū qđ † egit in prez: ⁊ pp malū qđ egit in puellā. (Et ecce hec sunt signa virginitatis filie mee.) Qñ pater puelle ꝓposuerit b in defen- sionē puelle ɔ virū eius: monstrabit signa virginitatis eiuz que † sunt in vestimēto de quo imediate dr. (Expandentq̄z vestimē tuz.) Uocat vestimētū syndo in qua dormierūt prio qñ puella a viro cognita est in q̄ necesse erat virginitatis signa apparere si virgo puella eēt p defloratiōnē ei⁹ ⁊ hz nō fit vestimētū: voca tur tñ vestimentū ex inopia vocabulor⁹ hebraicor⁹: ga idioma hebraicū nō abundat ita in nominibus sicut alia idiomata: hz melius dicet q⁹ hoc fit ex ipropio mō loquēdi: nā in multis lo cis scripture veteris testi syndones reperiuntur in hebreo dr. † (coꝝ senioribus ciuitatis.) Ut ipsi cōsiderēt vtr puella virgo Qō.4. fuerit. ¶ In hoc aūt multe fraudes fieri possent ⁊ satis ma A nifeste: nisi forte vestimētū illud siue syndo custodiret i loco se- An ꝓbatio ō signis vir curo ad quē pr ⁊ mr puelle accedere nō possent: als possent ap ginitatis in ponere syndonē i q̄ dormiuissent alij defloratēs vgines: vel fie- syndone sit ret alia fra⁹: ga tingi posset syndo illi⁹ alio sanguine vt videret sufficiens. sanguis defloratiōis: ⁊ sic mānifeste pateret q⁹ ista puelle vgini- tas nō sufficiēter ꝓbat. ¶ Lredēdū est g̃ vt. s. dicebam⁹ q⁹ cū nouiter puella cognita foret a spōso suo accipiebat syndo illa videte spōso: vt nō posset calūniari factū eē p fraudē ⁊ p̄sente tabellione ⁊ testibus: ⁊ reponebat i diligenti custodia i q̄ pr ⁊ mr nihil fallere possent: ⁊ sic itelligit. s. cū dr: ⁊ ferēt secū signa virginitatis. s. q⁹ testes et tabellio irēt cū parētibus puelle ad locū custodie syndonis: ⁊ accipiebat ferebātq̄z eā pr ⁊ mr puel le diligēti appōsita custodia it a qđ fallere nō possent. ¶ Sed adhuc ista diligētia posita nō pōt eē sufficiēs ꝓbatio de vgini- tate puelle p hūc modū: ga hz alīq̄ corrupta fuerit: ⁊ sepe a viro An strictio cognita: ⁊ genitalia sua nimis laxa sint q̄ sunt signa manifestiſ- genitalium sima corruptiōis: tñ artificialr ita stringi pñt vt nullaten⁹ diffe i femina et rat in hoc ab illa q̄ virgo est: ⁊ eadē difficultas sit in cognoscen sanguis in do feminā sic se habētē sicut in cognoscēdo feminā virginem fusione sint fraus ista notissima est: hz nō facit ꝓbationem pfecte apparētē signa virgi ist⁹ modus strictiōis genitaliū: ga fm q⁹ lra vult b in vestimē nitatis. to mōstrant signa virginitatis. sunt aūt b aligs cruor effusus: B ga in ꝑmaria cognitiōe virginis ea q̄ nālr clausa sunt aperiūt ⁊ ista ē ruptio q̄dā ⁊ violētia q̄dā fcta integritati ſerus: ⁊ neces se est in tali ruptiōe cruorē effluere. ⁊ b est qđ dr apertio clau- strorz virgineorz. In q̄ ruptiōe licet p accidēs femine ex ardo- Uiri in pri re matricis q⁹ temperat per humidū seminale fit delectatio p mo coitu i se: tñ tristitia est sicut cū violēter mēbra aliq̄ alia corporis di- pditiōe vgi scindūt. Et nō solū est b in feminis hz ēt in viris corrūpit q̄daz nitatis sen corruptio quā nō est possibile ita eē doloroſaz sicut corruptio tiūt dolorē feminei genitalis: cā satis liquet. Nec opz in his ꝓfundi⁹ atq̄z explicati⁹ disputare hz multū nālia sint: ⁊ multā speculationem habeāt: ⁊ veritates multe atq̄z occultissime i bis cognosci pñt sine vlla experiētia corruptiōis. In quo magnū amatorib⁹ car nis tribuit documētū: vt id qđ ipsi maximū delectabile eē pu tāt. s. ꝑmos virginū cōcubitus vbi ⁊ totius felicitatis siue sedē potissimā locauerūt sine magno dolore esse nō possit: qđ ꝓfec to intimius atq̄z acerbius sentiret nisi vissimo illi dolori sal lax admixta esset delectatio: iste g̃ cruor qui decurrere necesse est virginitatis signū est. *Si āt aliq̄ femina a viro cognita fit siue semel: aut pluries: ⁊ postea artificialiter claudat stringa turq̄z fortitudine vas genitale tñ qñ iteruz cognoscet sanguis nullus emittet: ⁊ sic nō patebūt signa virginitatis pfecte. Cuiuz rō est ga in defloratiōe virginis cruor emittit: ga fit disconti nuatio aut diuisio ctinui. continuū aūt in carne aīalis siue san guinis effusiōe scindi nō pōt cū in oibus ptib⁹ carnis sanguis aligs reperiat: cū aūt virgo corrupta est necesse est sanguinem istū emitti. cū āt postea artificialiter genitale femineū stringat hz ctiguent ptes eius solidissime tñ nō ctinuātur: sicut pz i aliz rebus nālibus duris aliqliter: q̄ hz ctiguētur post diuisionē nō tñ ctinuātur ita vt recipiāt vnitatē vt pz de lapidib⁹: ⁊ lignis: iō hz postea discōtiguent nō decurret sanguis q̄ ad disiunctio- nē cōsignoz nō efluit sanguis cū nō sit aliq̄ mediū p qđ trans eat ab vna pte in alterā. *Sūt tñ alie fraudes satis faciles q̄s femine excogitāt ⁊ viris nocte eē pñt si attēdāt añ coitū: qñ i ipso coitu ipossibile ē attēdere aut intelligere vt ait ari. in. 7. ethi. c. de delectatiōe. si āt añ nō attēdāt post ꝑmū coitū cogno scere nō pñt vtr fuerint virgines an nō p fraudes istas duas s. p supioze ꝺscriptiōe genitaliz cū alia scda ad effusionē sangui nis pfecte fallūt. Et ista fraus de emissiōe sanguinis multipli fit ⁊ satis faciliter: hz aliq̄ nō sine aliqli labore femina ꝓtingūt: bis. n. modis miseri nō attēdunt fallūturq̄z sepissime: sed qđ attēdere iuuat cū in gbusdā meli⁹ est ignorare q̄z cognoscere vitatē: meli⁹. n. est existimatiōe false felicitatis gaudere q̄z cer tissima cognitiōe infelicitatis ctinue anxiari. Possent āt mul ta ptic⁹ius explicatiusq̄z de bis dicere sed pudet dicere: nec dicēda sunt: cū tñ fm se turpia nō sint: ga nihil turpe est qđ cū charitate fieri aut dici pōt: hoc. n. solū turpe est qđ inhonestū ⁊ malū est. hoc āt solū bonū est qđ honestū est vt ait tulli⁹ i pa radoxis para. prima. Nec tñ ex b in sectam diogenis phi cini coz pncipis relabi intēdo qui dixit coitū matrimoniale in ꝓ patulo celebrādū: ga honestus foret de quo magis dirimus. ō. 7. c. nō erat g̃ ista ꝓbatio de signis virginitatis in syndone suf ficiēs: ga illa q̄ virgo nō erat cū cognoscere⁹ poterat sanguinē multū effundere ita vt vgo iudicet: lex tñ nō potēs dare homi nibus certū modū cōtēta fuit dare istā ꝓbationē q̄ hz semp va nō sit vt cōiter tñ sic est. nō est ergo multū insistēdū q⁹ aliq̄ puel la ꝓbet se virginē q̄ nō sit virgo: ga iura magis insistūt diligē tius aduertēdo qñ ɔ aliquez agit vt occidat q̄z qñ aliquis se excusat ne occidat: vel aliter dici pōt q⁹ aliquo mō distingui pōt in hoc. s. circa sanguinē g effundit in defloratiōe: ⁊ sanguinē g false effundit qñ aliq̄ femina q̄ virgo nō est cognoscit: ga nō eūdē modū bñt: marie qñ nō sunt multi dies ab effusiōe cruo- ris illius: ⁊ ad b forte iducti fuerūt seniores ciuitatis ad portaz vbis cū alijs iudicibus vt in hoc subtiliter inuestigare sciant. (Et apprehēdēt senes ciuitatis virū ⁊ verberabūt eū). i. mādā † būt eū verberari: ga crimē falsuz ipposuit hz nō excedet ista ver beratio q̄draginas pcussuraz ne flagellat⁹ moriat vt pz. j. 2 c. c. (Lōdēnātes isup cētuz ficlis quos dabit patri puelle.) Isti ficli † dari debebāt puelle hz ga ipsa reducebat in domū viri: ⁊ oia q̄ sunt vxoris sunt i ptāte ⁊ administratiōe viri nō posset puni ri vir in hoc: ga mox rediret pecunia ad ptātē ei⁹: dabat g̃ pe cunia ista patri puelle vt nō rediret ad virum et rēnabile est: ga vir offenderat puellā ⁊ pr̄em eius ponēdo crimē adulte rij puellā offenderat ad mortē: pr̄em āt solūmō infamia vocaue rat: iō p offensa puella flagellat: ⁊ p offensa pr̄is i pecunia mul ctat. ¶ Et nō seruat b lex taliōis ga vir nō recipit penā quaz Quare nō recipe debuerat vxor viro ꝓbāte legittime. Et rō ga vir non seruat lex tñ artabat legibus matrimonij sicut vxor: ⁊ tūc fm leges hu taliōis i manas vir siue spōsatus siue vxorat⁹ hz cōmisceat alicui mulie ter virū ri solute nō punit: hz mulier quocūq̄z mō alicui cōmisceat post ⁊ vxorē. data fidē mortē meret: rō ga magis in hoc femina offendit vi D rū q̄z vir feminā: ga femina alteri cōiuncta facit hereditatem viri sui trāsire ad filios alienos: vir autē nō pōt in hoc ledere vxorē: ga femina cognoscit filios suos: vir aūt nō. ¶ Itē ma gna fit iniuria statui politie: ga filij degeneres assumēt ad bo nores publicos ⁊ nō scient distinctio liberor⁹: qđ valde incōue niēs ē vt ꝓbat phs ɔ socratē ⁊ platonē. 2. poli. c. 2. (Qui diffa † mauit nomē pessimū.) Per hoc q⁹ vir i iudicio ɔ vxorē suā ꝓ-

posuit

Uirgio multa se creta spe culatiue de coitu scire pos sunt sine expiētia vt pz de isto beato auctore qui vginitatis liliū vsq̄z ad mortem cōseruauit.

*nota ɔ viros luxuriosos ⁊ carnalib⁹ dest derijs ō ditos.

*Fraudes mulierū circa vginitatem.

posuit q nō iuenit eā virginē ifamauit eā ꝑ quo magnā penā merebaf.(Sup vginē ifrael).q.d.ga ifta virgo erat de filiabus ifrael q erāt magne dignitatis q ifamaret eā multū culpabilis erat:ſi āt aliqs diffamaſſet ponēs nomē magnū alicui vgini q nō eēt de filiabus ifrael nō erat tāta culpa:nec tanta pena vt ſi aliqs accepiſſet i vxorē aliquā puellā virginē de cōuerſis ad iudaiſmū:vel de filiabus ouerſox & poſt deflorationē oppone ret q nō erat virgo:& ꝓbaret veſtimētū de quo.ē.q erat virgo vir eā diffamās nō tñ peccabat:ga nō diffamabat virginē ifrael ſz virginē alienā.de his Leui.25.c.(Habebitq eā i vxo rez).i.opellet vir tenere illā puellā quā ſic accuſabat ſemp in vxorē.(Et nō poterit dimittere oi tpe vite ſue.)iſta magna pēa eſt:ga cuilibet iudeo erat libertas repudiare vxorē vt pz.j.24.c.& ibi magis declarabit.ħ āt ex pctō ſuo opellebat & ſic aliqs pdidit ꝑuilegia ſua ex pctō ſuo:& ꝛz nō mutet iuz i ſeipſo:iſte tñ meret pdere ꝑuilegia iuris ⁊actualr & p būc modū rñdet ad quoſdā q qñq; arguūt ius nāle mutari:ga apud q̄ſdā pſonas ius nāle non obſeruat:ſz iſta gdez non eſt mutatio nālis iuris ſz eſt ꝑuatio bñficij iuris nālis quantū ad aliquos:ga pctā ſua ꝺmeruerūt vt ſucceſſio vl educatio pīna ē ꝺ iure nāli vt pz iſti tuta de iure nāli & ciuili i ꝓncipio:aliqñ tñ ꝑuant filij iſto iure nāli.(Et nō poterit dimittere oi tpe vite ſue.)Hoc ēt dabatur viro i penā q vxorē vlterius repudiare nō poſſet qō añ pote rat ēt ſi aliq̄ macula i ea ſit:niſi forte poſt ꝓbaret ꝺ eā vex adul teriū:ga tūc lapidari deberet vt pz.j.& Leui.20.c.(Qō ſi vex eſt qō obijcit).ſ.q puella fuit corrupta ſiue añ deſpōſationē ſi ue poſt:ga ipſa noie virginis deſpōſata eſt:niſi forte ħ añ ꝺctū matrimonij fuerit viro reuelatū & nō curauerit:ga tūc nō po terit eā poſtea accuſare.(Et non eſt i puella inuenta virginitas.) Hoc eſt qō obijcit ſpōſus:ħ āt ē aliqd ſpāle.ſ.q ad accuſatōez ſolā alicuius ſine ꝓbatiōe ꝺdēnet accuſatus:nā vir ħ obijcit q puella non erat virgo qñ eā accepit & cognouit.& ħ non ꝓ bat ga eſt negatiua q̄ directe ꝓbari non pōt p rerū nām vt pz extra de ꝓbatiōibus.c.qñ ꝺtra falſaz i ꝓncipio.& ꝺato q poſ ſet ꝓbari idirecte non mādat lex q ꝓbet ſed ſolū ꝓponēte vi ro iſtā q̄rimoniā:ſi femina non ꝓbet ſe eē virginē mōſtrando ſigna virginitatis ꝺdēnatur & ad virū non expectat aliq̄ ꝓba tio.(Eiſciēt eā extra fores domus pr̄is ſui.)Nā pr̄ & mr̄ filiam defendunt a viro & qñ finitū eſt iudiciū filia reddit i domū pa ternā:& tūc ſi eſt inēta virginitas nullū malū puelle fit ſed red dit viro ſuo:ſi āt nō ſunt ſigna virginitatis inēta puella lapida ri ꝺz vt pz ħ & ga erat itra domū pr̄nā educebat de domo pa terna & lapidabat.(Qz malū fecit i iſrael).i.q iſta puella antеq̄ acciperet matrimonialr cognoſceret ab aliquo viro malum erat & nephas:& ſi hoc factū eſſet i aliqua gēte ignobili ſicut i ter barbaros q viles ſunt nō erat magnū dedecus ſic nec ma gna pena ex hoc ꝺponēda erat:ſz ga iſrael erat populus valde honoratus:ga loquebat deus cū illis vt hr̄.ē.4.c.nec ē alia na tio taz grādis q̄ hēat deos appropinquātes ſibi ſicut dñs deus noſter adeſt cunctis obſecratiōib⁹ nr̄is:facere ergo tale nephaz in pplo tā honorabili magnū dedecus erat:iō puella ſic faciēs magnā penā merebat:quāto.n.pſona vel populus q dehone ſtat excellētioz atq; honorabilioz eſt tāto maioz eſt inigtas iſa mātis:& ob ħ ſi filia ſacerdotis ſummi i domo pr̄na fornicaret ēt ſi nō eēt deſpōſata & ſciret hoc exurebat flāmis:ga pr̄ez ſuū infamauit vt pz Leui.21.c.& hoc nō obſeruabat in filia alicu ius alterius viri in iſrael:ga nullus erat ita honorabilis ſicut ſacerdos magnus ꝓportionaliter āt ſe hz in pplo iſrael reſpe ctu alioz populoz:ga iſte erat ceteris honoratioz magis puni ri debebāt puelle q̄ qñ accipiebātur a viris ſuis nō inuenirēt virgines niſi a ꝓncipio deſpōſatiōis fuiſſet dictū viro voleti eā in ſpōſaz accipere:q nō eēt virgo.(Ut fornicaret in domo pr̄is ſui.)Hoc eſt malū qō puella fecit. ¶Sed ſciēdū q ꝑ ħ ſolo nō lapidaret imo nō ponit aliq̄ pena in lege:ſi aliq̄ puel la nōdū tradita viro ſaltē p deſpōſationē fornicaret i domo paterna:niſi eēt filia ſacerdotis magni q̄ ꝺburebat:ga erat ali qd ſpāle ħ ꝓp honorē ſacerdotis magni:ſz malū erat ſi puella fornicata ē i domo pr̄is ſui:& ſubticuit ꝓmittēs ſe deſpōſari ta cita veritate qō erat i ꝓiudiciū viri q eā vt virginē aſſumebat: iō tūc cū nō reperiret virgo mozi debebat.Si tñ ſolū fornicare tur i domo pr̄is:& ħ cognoſceret añq; alicui deſpōſaret non ponit lex aliquā penā niſi forte pr̄ & mr̄ accuſarēt eā:ga debo neſtauerat eos:ga tūc deret ꝓponi aliq̄ pena.& forte diceret ali qs q ponereť eadē pena q̄ imponit filio ꝺtumaci monitis:q ꝺſumit bona ſua i luxurijs & cōueſatiōibus & ad petitionē pa rētū mozieb at vt pz ꝑcedēti.c.(Et auferes malū de medio tui) ſ.vt nō inueniat in te qd inhoneſtū qō infamet & deturpet ho norē populi iſrael.(Et lapidibus obruent.)Ex hoc dicit Nico laus q apparet ipſaz accuſatam fuiſſe de fornicatiōe poſt deſpōſationē:ſz nō ſegtur:ga ſiue añ ſiue poſt cognita fit dū tamē corruptio illa tacita fuerit in deſpōſatiōe ita q vir accipiat eā virginis noie poterit accuſari ad mortē tāq; ſi vere adultera ta fuiſſet:nec ꝓbat.j.Sriū:& Exo.22.ga ibi logtur ter.de puel la q̄ cognita eſt añ deſpōſationē & ēt hoc añ deſpōſationē iudi catū fuit cū illa corruptio q̄ tunc apparet nō redūdet in dānuz alicuius nō lapidat:ſi āt tacita fuerit illa corruptio & poſt pate fiat marito:ga in dānū ei⁹ redūdat & magnā iniuriā puella la pidari ꝺz ga ſpōſuz in ꝺbēdo fraudare voluit.(Si dormierit vir.)Dic ponit de adulterio cōmiſſo in domo viri poſt cōſu mationē matrimonij.(Cū vxore alterius.)Ex hoc pz q iaz fue rat matrimoniū cōſumatū:ga nō vocat mulier aūt vxor ſz ſo lum ſpōſa.(Uterq; morieť).ſ.lapidabit ſicut mulier q̄ fuit ad ulterata añ ꝺſumationē matrimonij:& ħ pz Jo.8.c.de muliere deprehēſa i adulterio de q̄ dixerūt ibi iudei q lex mādabat eā lapidari de ħ Leui.20.c.(Si puellā virginē.)Dic ponunt alie regule circa adulteriū ad cognoſcēdū qñ ſit iudicādū adulte riū vel nō:& ꝛz iſta regula ſiue in puella deſpōſata ſolū ſiue i ea q̄ iaz viro ſuo copulata fuit.(Si puellā virginē.)Iſte eſt mod⁹ loquēdi:ga logt ſcriptura quātū ad ea q̄ cōmunius accidit.ſ. q deſpōſatio in virginitate fiat nō tñ ſunt pōderāda ꝟba tex. ita q ſi puella deſpōſata nō fuerit virgo:& cognoſcat aliqs tā in ciuitate q nō plectant pena legis huius:ga tūc de pctō ſuo cōmodū reportaret:& melius eēt multa pctā feciſſe q̄z vnū cuz gauderet maiozi ꝑuilegio ea q̄ actenus meretrix fuerat q̄z ea q̄ virgo:iō cū aliq̄ puella deſpōſat alicui viro ſiue ſit virgo ſiue nō ſit virgo:& coeat cū altero vterq; patiet iſtā penā.nā ſi ea q̄ nō eēt virgo nō pateret iſtā penā cū mulier tradita viro ſuo iā ꝟgo nō ſit:ga ab eo carnalr cognita ē q ea cognoſceret nō pa teret penā legis hui⁹:nec vxor ēt ga ſi ſolū itelligeret de virgi ne q̄ ſm veritatē eēt virgo & aliqs cognoſceret eā:nūq; poſſet diſcuti cā ad ħ q videret vtr ꝺdēnari deberet:q; poſtq; puel la deſpōſata cognita eēt a viro adultero ſiue añ illā cognitiōez fuiſſet virgo ſiue nō ꝓbari nō poterat:iō eēt intricatio iſta ma xima & lex ſuperflua.ꝺm g̃ q quōcūq; mō iſta puella deſpōſa ta ſe hēat ſiue ſit virgo ſm veritatē qñ deſpōſata fuit & qñ co gnita ab iſto viro adultero:ſiue deſpōſata eſſet noie virginis & nō eēt virgo ſm rē:ſiue nō eēt virgo & deſpōſata eēt nō no mine virginis:qñ in oībus bis fit eadem iniuria viro & ſacro matrimoniali.(Deſpōderit vir).i.acceperit in ſpōſaz deſpōde re:& deſpōſare in ſacra ſcriptura ſignāt idē:& ꝺueniūt tā viro q in matrimoniū accipit puellā q̄ patri:vel curatozi:aut tuto ri q eā tradit nuptui.ꝺicimus.n.q talis vir deſpōſauit filiam ſuā tali viro:ptinet ēt ad eū q accipit puellā in vxorē ſic accipi tur frequēter in iuribus humanis & hr̄ extra de ſpōſalibus in c.tua nos duxit cū ꝺz Joānes te deſpōſat.i.accipit te in ſpōſaz & ħ p totū tituluz.deſpōdere ēt ptinet ad eū q tradit puellā nu ptui alicui viro:ſic dicebat apls cbo2.2.cbo2.c.11.deſpondi.n. vos vni viro virginem caſtam exhibere xp̃o:ptinet ēt ad eū q accipit puellā i ꝺiugē & ſic ꝺz hic:ſi qs puellā virginē deſpon derit.(Deſpōderit vir.)Loquit de deſponſata nō ad excludē dum maritatas ſed ad excludēdū puellas ſolutas:ga puelle ſo lute ſiue in ciuitate ſiue extra cognoſcerent non debebāt lapi dari.de mulieribus maritatis manifeſtū eſt q obligātur p iſtā regulā:ga adhuc magis vz ꝺlinquere mulier q̄ poſt copulatio nē cū viro adulterat q̄z ea q̄ ante:ga nō ſequit eadē dāna in vtraq;:ga ſi añ ꝺiugium adulteret magis p̄t cognoſci diſtinctio ꝓplis q̄z ſi poſt.(Puellā ga nō clamauit.)Puella nō clamāz ꝺſentiēs iudicat:poterit tñ eē q clamauerit & nō audita ſit vt ſi erat i aliq̄ ꝓfundiſſima et occultiſſima domo:& in ħ ſatis po terūt iudices p experiētiā ſcire vtr aliqs ibi clamās i publico. audiat:& ſic iudices ſentētiabunt:poterat tñ euenire q puella clamaſſet:& oēs a calle vel coniunctis domibus aberāt: vel qō vir ſubito & ex iſidijs ſupueniēs puelle os operuerit ne clama ret & multa ſimilia.ſz ad ea q̄ raro accidūt iura nō adaptantur. (Et vir ga humiliauit vxorē).i.ga reddidit eā ꝺteptibilē: maxi me ſi añ ꝺſumationē matrimonij erat.(Si āt in agro).ſ.in quo aliq nō erāt q auxiliari poſſent:ſi aūt ibi alij erāt ꝓinde ē ac ſi i ciuitate factū fuiſſet.(Reperierit vir puellā.)Dz repire q̄ſi a ca ſu.ſ.q ꝛz v:r attēdiſſet vt eā in agro repiret:tñ ipſa puella non iuerat ad agrū vt cognoſceret:& ſic q̄z tū ad ipaz fuit accidēta le repiri in agro:ſic āt poterant puelle q̄ vellēt ipune cognoſci a viris facere ꝓcurādo cū ipſis q irēt ad agr̄:& puella cogno

† Im pbatio opinionis nicolai.

† De adulterio ꝺmiſſo i domo viri poſt cōſumationem mr̄imonij.

Nota.

B

Q.5 A An ſi puella non deſpōſata fornicaret lapidaret.

sceret in agro ⁊ tūc lz cognosceret nō puniebat ipsa: qz i agro cognita est ⁊ solus vir occideret: si tñ ostaret qꝫ puella ꝺuenerit cū viro vt exirent ad agrū ⁊ ibi cognosceret vterqꝫ occideret sicut si in ciuitate cognita foret. (Que despōsata ē.) Qz si nō est despōsata: nec alicui viro alligata nō stat ista pena: lz soluit vir certā sūmā pecunie vt pz i sequēti lege. Et nō solū ē ꝟ verū de puella despōsata: lz ēt de illa q̄ mr̄imonialr̄ a viro suo ducta ⁊ cognita ē: qz si ꝟ i agro cognoscat ab alio viro morietur vir ſm hāc legē ⁊ ñ ipa: idē ē si puella nō sit despōsata nec maritata sit tñ alicui viro obligata per legē ⁊ aliqs coeat cū ea in agro moriet vir ⁊ ipsa morere si in ciuitate cognita foret: qa totalr̄ ꝺz sequi regulā desponsatarū vtpote sicut ꝺr̄. j. 25. c. qñ vn⁹ vir mor̄. si nō relinquit semē frater eius ꝺz accipe vxorē defuncti ad suscitādū semē: si āt ille fr̄ defuncti sit adhuc valde puer g nō possit ꝺbere mr̄imoniū: nec desponsari ꝺz ipsa vxor fris defuncti expectare tenet donec puer sit adultus: ⁊ accipiat eā i vxorē: si āt medio tpe anteqꝫ sit despōsata ei aut tradita matrimonialr̄ cognita fuerit ab aliquo i ciuitate punietur sicut si esset despōsata aut maritata: qa lz nō sit ꝺctū vinculum aliqꝺ inter ıstas psonas ex verbis earū: lex tñ causauit vinculuꝫ vt teneret ipsa expectare ipm: ⁊ donec eā nolit accipe semper erit obligata vt spōsa sua: qꝺ plene pz Ben. 38. c. de thamar q̄ acceperat i virū ber filiū iude quo mortuo accepit onā fr̄em ber: ⁊ rursus ꝟ mortuo cū adhuc māeret ali⁹ fr̄. sella filī⁹ iude: ⁊ ipa peteret eū dari sibi i virū: deniqꝫ cū nō fuisset ei dat⁹ sella: ⁊ ipsa fraudulēter cognita fuisset a iuda accusauit eā iudas ad mortē: ⁊ cōburi debat nisi ostēdisset signa q̄ ibi ostēsa sunt. ꝟ āt solū erat qa ipsa obligata erat selle filio iude donec diceret qꝫ volebat eaz i vxorē. (Et apprehēdēs ꝺcubuerit cū ea.) Apprehēdē violētiaz ꝺicit: ⁊ sic ius psumit qꝫ violēter cognita est cū i agro cognita extiterit lz forte volūtarie ibi cognita fit qꝺ si ostet vterqꝫ morier tāqꝫ si i ciuitate dormiuisset cū ea: ipse morier sol⁹: qa de eo māifestū ē qꝫ peccauerit siue eā violēter cognouerit siue voluntarie. de puella āt nō ꝺstat nec p̄sumit̄ vīsimilr̄. (Ipe morier sol⁹: puella nihil patiet mali). i. nō solū nō occidet sē corruptor ei⁹ q lapidat: lz ēt nec aliq̄ pena parua ifligēda erat ei. (Nec est rea mortis.) Nō est sensus qꝫ ista lex ꝺicat puellā nō ee mortis reā ita qꝫ ve nō sit rea mortis: qa ꝟ sciri nō p̄t forte. n. puella cō sensit se cognosci aut ꝓcurauit i tali loco cognosci ob securitatē suā ⁊ tūc mortis rea ē: qa tñ peccauit sē vir. lz ꝺr̄ qꝫ nō ē rea mortis qa nō pz māifeste nec ē ꝺ eā aliq̄ talis p̄sumptio ex q̄ serat snīa ꝺ ipam: ⁊ ponit exēplū qa sicut fur cōsurgit ꝺ frez suū i. ꝺ quēlibet aliū hoiez q vocat frater. (Et occidit aīam eius). i. occidit eū qz aīa vocat aliqn̄ totus hō sicut pz Ben. 46. ⁊ Exo. 1. qꝫ. 70. aie ingresse cū iacob in egyptum. i. septuaginta hoies: aliqn̄ accipit aīa ꝓ vita: sicut ꝺicit xp̄s qꝫ q aīam suā odit in hāc secūlo i vita eterna ꝺueniet eā ⁊ Matth. 6. c. nōne aīa pl⁹ est q̄ esca. i. vita. ⁊ ē sensus. (Occidit aīaz ei⁹). i. vitā ei⁹: qz lz nō sit ꝓpr̄ie mod⁹ loquēdi qꝫ vita occidat: qa aīal est qꝺ occiditur sicut aīal est qꝺ viuit: qa ista duo sunt ad idē: tñ qz occiso aīali vita destruit vita occidi ꝺr̄: sequēdo. n. istā lr̄am nō pōt ꝓprie ꝺici qꝫ accipiat aīa ꝓ ipso hoie cum ꝺicat ꝟ ⁊ occidit aīaz eius: nō pōt aūt ꝺici ⁊ occidit hoiem eius: qa necesse est signari ꝓ aīam aliqd qꝺ ē alteri⁹ vel ps vel ꝓprietas. (Qz sic latro ꝺsurgit. latrōes i syluis latēt: ⁊ insidiose surgētes viatores ꝓdāt ⁊ occidūt. (Sic puella perpessa est). i. passa fuit: qa vir eā insidiose i agro tenuit. (Sola erat in agro ⁊ clamauit.) Presumit ius qꝫ puella clamauerit lz hoc ignoretur: quia ea q̄ equaliter bona vel mala esse possunt in partē bonā interpretāda sunt: de viro āt manifestū est qꝫ malā intētionē habuit: io indistincte occidit ⁊ lz puella nō clamauerit: si tñ ipsa intellerit qꝫ clamās exaudiri nō poterat nullā criminis culpam habuit. poterat tñ cōtingere qꝫ puella volūtarie cognosceret: vel qꝫ ipsa ꝓcurauerit cuz viro vt irēt extra ciuitatē forte vt ipsa securior eēt ad oēm euentū: ius tñ hoc nō p̄sumit qa ostare nō p̄t. (Si inuenerit vir.) Hic ponit fm. s. phibitio q̄tū ad stupr̄ū. (Puellā vginē. Siue ista puella sit virgo fm veritatē siue nō sit virgo: sit tñ i habitu virginali eadē pena ē si tñ puella nō sit virgo ⁊ publice cognoscat qꝫ nō sit virgo vt pote qa fuerit ꝺcubina alicuius vel meretrix: nō ꝺr̄ qꝫ teneat ista lex. (Que nō hz spōsuz.) Qz si desponsata sit viro alicui non soluet pecuniā q̄ hic ꝺr̄ sed morier: vel si fuerit cōiugata aut alicui p legē alligata vt pz in exēplo qꝺ. ē. ponebat de suscitāte semē fratri suo. (Et apprehēdēs cōcubuit cuz ea.) Qꝺ violētiā notat: sic enī p̄sumit vt. ē. ꝺicebat de puella despōsata. nā si puella ꝺsentiat cognosci nō tenet pena huius legis vir: qa paria delicta sunt. (Et apprehēdēs cōcubuerit cū ea.) Nō exprimit lr̄a clare vtrū intelligat de eo q virginē seduxit ⁊ dormiuit cū ea: vel de illo q vi apprehēdit eā in agro ⁊ coiuit: qa maiori pena dignus vr̄ q violenter coiuit. ¶ Forte ꝺicet aliqs qꝫ intelligit de seducēte solū: qa ita ꝺponit pena ꝺ tatiōis Exo. 22. c. vbi agit de vgine seducta ⁊ defloꝛata. ¶ Sz melius ꝺr̄ qꝫ ēt intelligit de ea q̄ violēter apprehēsa ē ⁊ pz qa ꝺr̄ in lr̄a. (Et apprehēdēs cōcubuerit cū ea.) Hoc āt violētiam signat. ¶ Itē qa si nō itelligeret de violēter corrupta nō esset lex circa violēter coꝛruptas. (Et res ad iudiciū venerit.) Quia numqꝫ aliqs punit nisi cā ad iudicē deducat: qa ꝓpositio pene ad psonā publicā ptinet ⁊ lz ipse iudex nō possit taxare quātitatem pene vel multe: qa a lege determinata ē: tñ ꝓponet illi peccāti penā legis ad quā tenebitur soluēda sub pena a iudice ꝺmposita arbitrarie. (Et habebit eā vxorē.) Si pr̄ ꝺare voluerit vt pz Exo. 22. c. ꝟ matrimonia sint ſm legē volūtaria: tñ aliqn̄ cogitur aliquis contrabere ſm hāc legez: quia ꝓpter pctm̄ priuilegiū legis amisit qꝺ ꝺbus concedebatur: vel cōem gratiā vt magis proprie loquamur ⁊ siue consentiat siue nō cogetur: tamē stare cum puella ⁊ sustentare onera matrimonij siue sit verū matrimoniū siue p̄lumptū a lege siue totaliter nullum: ⁊ in hoc leditur vir: quia etiā si potens esset ⁊ puella pauperima tamen eā suscipere debet. ¶ Secundo leditur quia nūqꝫ poterit eā repudiare nisi forte propter adulteriū qꝺ ꝺēm conditionē ⁊ penā destruit. (Non accipiet homo.) Hic ponit tertium de incestu: est. n. incestus inter psonas sibi conſanguinitatis vel affinitatis linea attinētes. (Vxorē p̄ris sui). i. nouercaz de matre. n. ita notū est qꝫ nō ꝺr̄ ponere legē lz ponatur ad hoc vxorē facinorū Leui. 18. c. lz intelligit de nouerca: quā non debet aliquis in vxorē aliquo mō accipere: nec alr̄ ad eā accedere: sed maius pctm̄ est eā in vxorē recipere q̄ aliter: qa q vxorem accipit peccat tāqꝫ ex habitu iudicās illud sibi licere: q aūt alr̄ facit ex passiōe mouet̄ io remissibilius ē: lz vtrūqꝫ malū ē: qa ꝺ honorē p̄ris qa p̄r fuit vna caro ꝓ cōmixtionē cū illa: ⁊ sicut patri subiecta fuit qꝫ ita fit subiecta filio. Ex hoc aplūs multū increpabat corinthios q cōsentiebāt qꝫ qdā br̄et publice in vxorē eam quā p̄r suus in vxorē habuerat. s. nouercā suaz vt pz. 1. cho. 5. c. s. audit̄ oīno inter vos fornicatio et talis q̄ inter gētes nō est vt vxorē p̄ris aliqs bēat: iō aplūs ad detestationem tanti sceleris graue penā inflixit. s. qꝫ acciperet eum sathanas trucidādū vsqꝫ ad iteritū carnis vt saluus fit spūs eius in die dn̄i: ⁊ ꝓculdubio tali pena dignus est qui tantā irreuerentiam cōmittit. nā cū p̄r sit maximū bonū filio post deū: maxima reuerentia post reuerentiā debitā deo ē reuerētia debita patri. magna āt irreuerētia p̄ris est vt eādē mulierem filius cognoscat quā p̄r cognouit. (Nec reuelabit opimētū eius). i. turpitudinē eius. s. sexus verecundiā ⁊ illa vocat verecūdia p̄ris: quia p̄r illā verecūdiā tāgebat: ⁊ maius pctm̄ est qñ hoc patre viuente fit qꝫ ipso mortuo: ⁊ iō maledictus fuit rubē qa maculauit lectū patris sui dormiēdo cum bala vxore p̄ris sui vt pz Ben. 35. et. 49. c. sic ēt absolon dormiuit cū concubinis patris sui lz iste magis peccauit: qa ad ꝺhonorādū p̄ez fecit coꝛā toto populo vt pz. 2. re. 16. c. ⁊ quia talia crimina deus detestat maxie mandauit tales occidi vt patet Leui. c. 20.

¶ Capitulum. xxiij.

Non intrabit eunuchus attritis vel amputatis testiculis et abscisso veretro ecclesiam domini. Non ingredietur manser: hoc est de scorto natus in ecclesiam domini vsqꝫ ad decimā generationē.

Non intra. Supra posite fuerūt aliq̄ directiones circa ptē irascibilē: ꝟ ꝺtinet duo p̄incipalr̄. s. de directiōe in cōi. ¶ Scōa de directiōe in singulari ibi. (Si fuerit inter vos.) Et p̄ia i duas fm qꝫ stat⁹ ciuitatis p duo tēpora variat. s. p pacē ⁊ bellū. de scōo ibi. (Qñ egressus fueris). (nō intrabit eunuch⁹.) ¶ Hic ponit tria q̄ ꝺseruāt bonū statū ciuitatis. ¶ Prio ꝺiunctio honestoꝝ ꝺiugioꝝ. ¶ Scōo a dei cultu expulsio īmūdoꝝ. ¶ Tertio p̄hibitio de exaltatiōe vel ꝓmotione indignoꝝ: ⁊ ista oīa tanguntur in eadē littera secūdū qꝫ pōt tripliciter exponi satis bene: lz cōmuniꝛ expositio ⁊ consonantioꝛ est de coniunctione coniugioꝝ. Et excludunt hic alique psone qz non inuenit in eis finis matrimonij: vel pp alās ihonestates: ⁊ qz finis ꝺiugij ē ꝓles

excluduntur

Obiect.

Rūsio.

De incestu ⁊ qd ille fit.

Prohibitio quo ad stupr̄ū.

Alia quot bēat significationes.

de renū. ca. nisi ⁊ p̄cedēti.

Connexio capituli. Diuisio eiusdē. Qō. I

A Tria bona statū ciuitatis ꝺseruantia.

† Qui pro prie vocent eunuchi.

excludunt pro q pp aliquē defectū in vase genitali siue a nā siue a casu nō pñt cōsequi istū finē.(nō intrabit eunuchus). Uocant eunuchi q castrati sunt vel q nāliter tñ frigidi sūt q nullo mō coire queāt.ꝛ sic vocabant nobiles oñe in custodijs eunuchis.i. castratis vt sepe pz̄ i cronicis:hic aūt solū accipit p illo q hñs integra genitalia nā ꝓhibēte coire nō valet:qz de castratis.j.dr̄.Et p eunuchos etiā intelligunt qui maleficiati sūt ad semp:qz si hoc cōstaret non ꝺebant matrimoniū.(attritis vel amputatis testiculis).Uterq; ꝓhibet:qz gignare nō pōt: lz enim hēant virgam q eleuari possit ꝛ cognoscere femina ita q clastra virginalia rūpant: tñ semen effundere neq̄unt:qz testiculorū officiū ē vt in coitu p quasdā cozdas siue cinasos ascēdētes tangāt vasa seminaria ad distillationē seminis q̄bus nō exñtibus:vel si lesi sint vasa illa īmota manētia gnationē nunq̄ cōplent.(Et abscisso veretro).i.virga virili.ꝛ dr̄ veretrū fm isidorū.11.ethi.quasi virus tenens.i.seminalē flurū qui dr̄ virus: vel veretrū.i.viritū:qz soli viri illud hñt:ꝛ in ist̄is magis pz̄ rōne.(Nō ingredi manzer hoc est de scorto natus).ista est superadditio ad explanationē nois hebraici.in hebreo aūt soluz dr̄ māzer ꝛ expōit lra chaldaica q māzer dz̄ filij alicuius ꝺuersi de chananeis vel alijs gentib⁹ ꝛ alicuius hebree.vel filij hebrei ꝛ mulieris cōuerse de gentilitate sed magis vt manzer fm lram nostrā esse ꝓprie ille qui de meretrice nat⁹ ē:ꝛ iste ꝺicz illegittimozū turpissimus ē.ꝛ pōt intelligi per manzerē spurius q de concubina natus est:vel nothus q de adulterio qz oēs hi contēptibiles erant.(non intrabit ecclesiā dei).pōt accipi ecclia tripliciter fm tria q̄ supza tetigim⁹ q̄ sunt ad bonū statū ciuitatis.¶Primo mō accipit ecclesia p cōgregatione ppli: ꝛ sic frequenter accipit pbs in.2.poli.vbi dicit q in q̄busdam politijs apud ecclesiā ptās est.i.apud totā multitudinē pplārē:ꝛ quedā politie ecclesiā nō faciūt.i.ꝺgregationē ꝛ tunc est sensus q non intrent manzeres in ecclesia dñi.i.nō dent vxores eis de multitudine filioꝝ que vocat multitudo dñi.i.sancta ꝛ nō itelligit de supiozibus:qz frustra eēt dicere q eunuchi ꝛ brūtes precisa genitalia ꝛ filia nō acciperent vxores de filiabus israel vsq; de cimā gnationē:qz cum illi gignare nō possint nūq̄ bēbunt pmā nec scōaz:nec aliquā gnationē: solū g̃ intelligit ō manzeribus.

Scōo modo.

¶Pōt accipi scō mō ecclesia in scō sensu p loco sancto ad quē ingredi poterant laici vt offerrēt:ꝛ vt ibi comederent hostias pacificas.Et ad istud nō poterāt intrare isti oēs supzadicti:qa sicut q ꝺtaminati erāt in tactu alicui⁹ rei īmūde vel lepzosi erāt vel fluētes semine mestruate ꝛ fluentes sanguine.nō dēbāt intrare in sanctuariū:ita isti immūdi reputabant:de his pz̄ Leui. 11.14.et. 15.c.ꝛ nu.5.et.19.¶Pōt tertio mō accipi ecclia p multitudine pzout bz̄ ozdinationē ad rectozes.ꝛ sic dr̄ aliqs intrare ecclesiā cū in multitudine dat ei aliqō offiñ vel pzicipat⁹: ꝛ ad hoc ꝓhibent oēs supzadicti:qz nō poterāt eē tribuni centuriones qnquagenarij vel decani.Et pz̄ in patiētibus defectū in genitalibus:qz iste ꝺignitates tpales vt in plurimū ꝺabātur p successiōes: indignū g̃ erat q q successozē nullo mō relinq̄re poterat ad pr̄nū bonozē ꝓmoueret:repellunt ēt māzeres nothi ꝛ spurij: ꝛ alij defornicatione qz isti pp defectū natalium multū ꝺtēptibiles sūt.Et periculū est tales exaltare: qz subditi nō equo aīo tales tolerāt maxīe illi qui nāliter excellētes sunt: de his pbs.2.et.3.poli.Et iō ecclesia tales ozdinari ꝓhibuit ꝛ aliquā ecclīasticā accipe ꝺignitatē:nisi ex spāli ꝺfideratōe ꝺfiderata q̄litate psone ita q pr̄ne incōtinētie non sit imitator:ꝛ ī ꝺignitatibus tpalib⁹ q̄ per successionē hūr fm leges humanas filij illegittimi non succedunt repellunt ēt infra positi .s. alieni gene q nō efficiebant pricipes: qz minus p̄sumunt alienigene terrā diligere q̄ indigene:nec in arduis causis multū in eis cōfidēdū est:ꝛ subditi ēt dedignant aliquos sibi alienigenas dñari ꝛ iste sensus ꝺsonantioz est q̄ fs:qz quantū ad ea q̄ dei sunt nō erat distinctio iudeoꝝ ꝛ aduenaꝝ.s.in cultu ꝛ cerimonijs legis:ꝛ pz̄ qz oēs alienigene circūcisi poterant comedē phase:vt hz̄ Exo.12.c.ꝛ hoc est magnū sacrificiū dei:vt pz̄ nu.9.c.g̃ etiā poterāt offerre victimas pacificas: sed istas nō licebat comedē nisi in atrio tabernaculi:vt pz̄ sepe in leuitico: g̃ comedē poterāt in atrio.Ex supiozibus pz̄ q expositio chaldaica in pñti non multū ꝺsonat:qz si intelligat pzio mō iplicat ꝺdictionē q̄o nō intrabit in ecclesiā ꝺmini q̄ est de ecclia dñi:sed isti quos ipse vocat manzeres de ecclesiā dei sunt:qz vel pzem vel matres de hebreis hñt:nec quantū ad sacrificia vt dcm̄ est:nec ēt quantuz ad ꝺignitates qz Dauid fuit in tertia gnatione manzer.s. filius Jsai ꝛ nepos obeth g fuit māzer illo mō.i.natus ex ruth moabitide ꝛ booz:vt pz̄ Ruth.4.ca.ꝛ Mat.1.sed tñ Dauid rex fuit ꝛ vxorē habuit ō ecclesia dei.(Usq; ad decimā gnationē).qz in decia gnatione est totalr memoria illegittimitatis abolita: ꝛ p nobili se gerere pōt:ꝛ si intelligat ista lra p primū modum erit sensus q māzer nec filius eius nepos abnepos ꝓnepos:ꝛ ꝺnr̄ usq; ad decimū nō accipiant in vxores aliq̄s de filiabus israel israel:sed acccipiēt de filiab⁹ ꝺuersoꝝ ad iudaismū: ꝛ in decia gnatiōe rursus vnient filiabus israel.¶Jn scōo mō est sēsus q māzer ꝛ filij sui siue accipiāt vxores de israel siue nō:ñ ingrediant in atriū tabernaculi usq; ad decimā gnationē:lz nō multū valet hoc vt.ō.dixim⁹.Jn tertia expōne clara est lra. (Amonites ꝛ moabites nō intrabunt ecclesiā dei post decimā gnatiōnē usq; in eternū).i.nunq̄:qz illud in eternū nō fit qō nūq̄ fit. sic dixit Petr⁹ Xpo dñe nō lauabis mihi pedes in eternū. Jo. 13.c.ꝛ ponit hoc qz supzadictū fuerit de māzerib⁹ q nō intrarent in ecclesiā usq; decimā gnationē:sic putaret aliqs de moabitis ꝛ amonitis.ꝛ rñdet q nūq̄ intrabūt ecclesiā post centesimam gnationē.Et pōt intelligi quolibet illoꝝ triū modoꝝ lz maxie i 1.et.3.alie aūt gentes.s.idumei ꝛ egyptij de gb⁹ hic fit mētio intrant ad.4.gnationes in ecclesiā:isti aūt nūq̄ qz graui⁹ q̄ illi peccauerūt cogēdo eos opib⁹ duris ꝛ mergēdo puulos eoꝝ in flumine:vt pz̄ Exo.2.et.5.c.idumei aūt exierūt eis armati ꝛ nō ꝺcesserūt eis trāsitū p directā viā terre sue:vt pz̄ nume.20.c.ꝛ Deute.2.moabite aūt spūalr ꝛ corporalr eos leserūt:qz p cōsiliū balaā fecerūt fornicari filios israel cū mulierib⁹ moabitaꝝ ꝛ madianitarū ꝛ colē deos eoꝝ:vt pz̄ nu.25.c.pp qō deus irat⁹ ē israel ꝛ deleuit multos:vt pz̄ eodem ca.

¶Quare nō fit hic mētio de alijs gentib⁹ qñ ꝺuerterent ad iudaismū quō fieret de eis q̄stū ad hoc q est intrare ecclesiā dei.ꝛ hystozica narratio iudeoꝝ a pricipio sui oziginis cū q̄busdam gentibus cōmunicauerunt ꝛ in q̄bus terris māserunt.

Sed queres q̄re nō fit mētio de ꝺuersione aliaꝝ gētiū ꝛ punitiōe.Pōt rñderi q rō est:qa iste gētes quas hic expmit puniunt aliquomō:qz psecuti sūt filios israel i itinere egypti ꝛ nō alie gētes ñ ꝺabat eis ista pēa:sed statī poterāt intrare ecclesiā dei ꝛ fm istū modū pria de trib⁹ expōnib⁹ est verior:ita q oēs ꝺuersi de gentilitate ad iudaismū imediate accipe poterāt vxores ō filiab⁹ israel tñ nō poterāt pricipari stati.¶Et si arguas de amalechitis q pugnauerūt ō israel vt pz̄ Exo.17.c.ꝛ ō madianitis q fuerūt pricipaliozes in adducēdo balaā ad maledicēdū q̄ moabite:ꝛ iō ō eos ꝛ nō ō moabitas pugnatū est vt hr̄ nume.31.ca.

¶Rñdet q ō amalechitis null⁹ ꝺuertēdus erat ad iudaismū: sed ꝺtinuū belluz eē dēbat iter eos usq; ad deletionem amalechitarū:vt hz̄ Exo.17.c.ꝛ ista deletio tpe Saul ꝺsumata est vt pz̄.1.re.15.c.de madiānitis rñdet q israelite deleuerūt eos usq; ad reliquas:vt pz̄ nu.31.c.ꝛ post illi q succreuerūt fuerūt hostes israel vt pz̄.iudi.6.c.ꝛ iō forte nullus de eis vnq̄ ad iudaismū ꝺuersus ē:ꝛ sic nō oportuit de illis poni rlām.¶Uel pōt rñderi alr q iō solū iste gētes notate sūt:qz iste erāt ppe israel ꝛ ō eis ꝺuerterent alīq nō aūt de alijs remotis gētibus:ꝛ tūc dicet q qz amalechite ꝛ madianite ꝺstāt magis a terra israel q̄z gētes ō qb⁹ in lra.¶Et si arguas de philistin q ppinquozes erāt:qz bitabāt sup mare ad occidētez terre ꝓmissionis.¶Rñdet q isti bitabāt ītra termios terre ꝓmissionis:qz iudeis ꝺati sūt ī mini vsq; litt⁹ maris magni ad occidētē:vt pz̄ nu.34.c.lz i littoze illo erāt ciuitates philistinoꝝ:iō vocat mare illud mare philistinoꝝ vt hr̄ exo.23.c.lz melioz ē pria rñsio:qz syria in q̄ damascus ꝛ phenicia ppinquozes erāt terre ꝓmissionis q̄z egypt⁹:ꝛ tñ fit ḥ mētio de egypto nō aūt de istis.erat aūt pria rñsio q ō istis gētib⁹ nō fiebat mētio:qz hostes erāt ꝛ ñ erāt ꝺuertēde ad iudaismū:ꝛ fundamētū hui⁹ est:qz ōs vult dari hic rlām quā gentez amare dērent iudei:ꝛ quā gentē psequi:ꝛ qz amamus vel pseqmur aliqd fiē nobis bonū est vel malū est:vt pz̄ in.1.etbi.opz q illā gētē amemus in q̄ aliqd boni repimus ꝛ illā exosā bēamus in q̄ aliqd mali reperiamus:ꝛ qz bonū vel malū est inter gentes fm cōicationē:iō gētez ille q̄ nullo mō cōicant nec vnq̄ cōicauerunt sibi bone aut male nō sunt:iō ōs solū dat ḥ rlām ad amādū vel ad odiendū:recipiendū vel nō recipiēdū q̄sdaz gētez q̄ iter se aliquo mō cōicabāt nō dat deus hic aliquā regulā iudeis vtrū indos aut hyspanos vel alemanos odisse dēant: vel amare recipe aut nō recipe:qz iudei nūq̄ cōicauerant cum istis gētib⁹ bonū aut malū ab eis recipiētes:iō nō hēbāt aliqd p qō diligerēt aut odissent:ēt nō oportebat poni aliquā rlām de istis vtrū recipi dērent:vel nō qz habitant in vltimus ptibus orbis.terra aūt chanaā est in medio terre bitabilis fm latitudinē climatū septē.Licet nunc ꝺfiderādo terrā iam bitatā

† Qō. 2. A

Obiectio. Rñsio.

Alia rñsio.

Obiectio. Rñsio.

B An terra chanaaz sit ī medio terre bitate.

† Dr̄ egyptij intrabāt in 4. gnatiōe ecclīaz dei: amōite vero nunq̄.

† Ueretrū qd sit.

† Quid est manzer.

B ecclia tripliciter accipit. Primo modo.

Tertio modo.

Eunuchi nō assuebant ad ꝺignitatez. Periculosuz est spurios ad ꝺignitates exaltare iō ecclia ḥ ꝓhibet.

L

Climata 10.

¶ Trāsire per mediū nationū stat duplr aut transire per mediū terrarū aliquarū nationū ita q̄ transeat p̄ confinia duarū nationū ⁊ per nullā terrarū illaꝝ intret. aut transire per mediū nationū. i. per terram ipsarū nationū. ¶ Dīo mō nō accipit hic q̄ tunc nō viderent aliquas abhominationes: vel idola gentiū cū ad nullā eaꝝ accederent: sed hic dr̄ q̄ viderunt abominationes ⁊ idola vtroq̄ aūt mō transierunt hebrei per mediū nationū: sed hic solū accipit p̄ scō mō transierunt nāq̄ iudei per aliquaz partē terre edon: ſz ibi nihil videre poterant: q̄ nō accedebant ad loca transierūt ēt inter regionē amalechitarū ⁊ aliarū nationum: sed in terra amalech nihil viderunt cū non intrauerint in eam: sed euntes vt ascenderent per montē in quo erant amalechite descendentibus illis fugierunt: atq̄ ab illis cesi sunt vt p̄z Nume. 14. c. transierunt aūt per mediū nationis madianitarū: ⁊ hoc fuit accipiendo scō mō. s. intrauerunt illā terrā vt p̄z Numeri. 31. c. cū ibi occiderint q̄nq̄ reges madianitarū: ⁊ gentes eoꝝ vt p̄z p̄cedenti. c. 31. nume. ⁊ ibi potuerunt israelite videre abominationes gentiū: transierunt ēt per regnū chananei regis arad: q̄ cū illa gens fecisset p̄dā in iudeis ⁊ deuicisset eos: israelite deuouentes illam gentem dño si traderet eam in manus eorū deleuerunt eā: atq̄ terrā eius subuerterunt oīa gladio ⁊ igne vastantes vt p̄z nume. 21. c. transierunt per terrā seon ⁊ og regum amorreoꝝ occidentes amorreos illius vt p̄z Nume. 21. ⁊ Deute. 2. et. 3. c. ⁊ cū isti intrarent domos illarū gentiū ad p̄dāz ⁊ in fana deoꝝ suoꝝ videbant oēs deos lapideos ligneos metallinos quos colebant ille gentes. (Vidistis abominatōes ⁊ sordes.) Declarat imediate que sint abominationes ⁊ sordes ⁊ dr̄ q̄ iste sunt idola facta ō lapide ⁊ ligno. oīa nāq̄ que talia sunt abominat deus: ⁊ oēs qui faciunt ea ⁊ ofidunt in eis. vocat sordes: q̄ sordidū q̄d est q̄ bō q̄ creatura rōnalis est subiiciat se ad honorandū tanq̄ deos hec que indignissima sunt: ⁊ isto mō loquit deus. ō. 7. c. sculptilia eoꝝ igni cōbures: nec concupisces aurū ⁊ argentū de ḡbus facta sunt: nec assumes q̄q̄ ex eis: nec offendas p̄pterea q̄ abominatio est dñi dei tui: nec inferes quippiā ex idolo in domū tuā ne fias anathema sicut ⁊ illud est. q̄si spurciciā detestatoris ⁊ velut ingnamentuz ⁊ sordes abominationis hēbis: q̄ anathema est. (Ne forte sit inter vos vir aut femina.) Incipit adducē paulatim intentam ꝯclusionē. s. vitandā esse dēre idolatriā: ⁊ b̄ applicando dicit q̄ iste transitus erat eis cā inclinationis ad idolatriā cū vidissent idola q̄ eos ad colendū allicere possent: ⁊ poterat aliquis in corde suo colere idola: ⁊ retinens apud se aliqua que occulte rapuisset occultū eis bonorē impendere: sicut rachel furata fuit idola patris sui laban ignorante Jacob: ⁊ tenuit ea abscondita magno tpe quousq̄ post exitū de ciuitate sichē vt venirēt in bethel Jacob accepit oīa idola q̄ erāt in familia sua ⁊ infodit ea subter terebintū q̄ est post vrbē sichē vt p̄z Geñ. 35. c. sed b̄ faciebat rachel q̄ tenebat idola illa: sed nō colebat. (Vir aut femina.) In his erat periculū si cor alicuius hoꝝ eēt alienatuz a deo vt iret ⁊ coleret deos alienos: ⁊ ad hanc alienationē induceret alios. (Tribus aut familia.) Ista erat valde magna auersio a dō q̄ celari nō poterat: ⁊ ī q̄libet haꝝ cū erat nota: erat certa pena statuta infligenda vt p̄z. ō. 13. et. 17. c. (Cuius cor auersum est hodie.) Non dixit q̄ colat deos alienos: sed cuius cor auersum est hodie a dño deo vr̄o vt vadat ⁊ seruiat dijs illaꝝ gentiū q̄si dī. ſz nūc actualr ⁊ publice nō colat iaz tū ī corde suo cōcepat vt colat. nā ō cultura actuali ipsi cognoscē poterāt: ⁊ isligē penā. ī hac ēt auersiōe mētali solū q̄ est p̄ncipiū future auersiōis realis: ⁊ nūc ñ poterat cognosci pōit de⁹ cōmiationē q̄ talē bñtes ōstruēt. (Ut vadat ⁊ seruiat dijs.) nō dr̄ vt vadat ⁊ seruiat q̄si solū colē possent isti idola eundo ad als gētes: ⁊ cohītando eis: discēdoq̄ eoꝝ mores: ⁊ colēdo deos eoꝝ. nā ēt terra p̄missionis poterant israelite ire ⁊ colere deos alienos. ⁊ satis p̄z q̄ hic intelligat de cultura idolorū: quā facerent israelite in terra p̄missionis: ⁊ nō de ea quā ex facerēt: q̄ hic cōminat de⁹ p̄o talibus sceleribus destruendā terraz p̄missionis sicut fuit destructa sodoma ⁊ gomorra: sed si hic acciperet de illis iudeis q̄ irent ad gentes alias ad colendos deos earū nō poneret pena desolationis terre p̄missionis cum exītes in illa nō peccarēt: sed ponit deletio eius q̄ peccatuz de quo hic agit in ea cōmittendū erat dr̄ igit. (Ut eat ⁊ seruiat dijs aliaꝝ gentiū). i. vt recedens a cultu dei in quo erat vadat ad deos alienos. s. applicando cor suū illis: ⁊ incipiendo eos seruitio honorare. (Dijs illaꝝ gentiū). s. dijs gentiū p̄ quas transierūt: q̄ cū nō cognouissent quales erant dij aliarū gentiū nō inclinarent ad colendū eos: q̄ nemo fert in incognitū: deos aūt gentiū barū per q̄s trāsierant cognoscebant tum vidissent eo: bos q̄ colere desiderarēt. (Et sic inter vos radix germinans fel ⁊ amaritudinem.) Talis auersio mentalis alicuius viri aut femie familie vel trib⁹ erat radix germinans amaritudinē ⁊ fel. i. germinans in alijs eādē auersionē donec crescat per oēs israelitas vocat ista radix: q̄ radix occulta est sub terra: ⁊ tñ ex ea nutriunt oīa q̄ foris patent in arbore: ita ex ista occulta auersione p̄cederent oēs exteriores actus cultus idolorū: vel vocatur radix: q̄ sicut ex vna radi e multi rami arboris generantur: ita ex illa auersione in vno viro aut femina: familia vel tribu in omnibus alijs israelitis oriretur auersio: ideo aut vocatur radix: q̄ sicut radix est p̄ncipium a quo arbor esse recipit: ita ista mētalis auersio est p̄ncipium omnis realis ⁊ publice auersionis ceterorūq̄ malorum que postea sequerent. (Germinans fel ⁊ amaritudinez.) Ista est idolatria que est fel siue amaritudo faciens amaricare animā eius in quo est: ne aliquod bonum opus ei bene sapiat: vel q̄ omnibus virtutibus hec sola quedam amaritudo ⁊ pestiferum venenum est. (Cūq̄ audierit verba iurī huius). i. verba legis huius iurate dr̄ enim iurata lex hec: q̄ pactū faciebāt cum dño vt obseruarent legem hanc sicut legem que data fuit in oreb pactum vero iuro firmatur: aut q̄busdam alijs cerimonijs que equiparantur iuro aut maiores forte sunt. (Cū audierit verba). s. nunc q̄n vobis ego recito ea: vel postea q̄n ponetis maledictiones ⁊ benedictiones huius legis sup montē hebal ⁊ garizim vt p̄z. ō. 27. c. aut quādiucūq̄ audierit legem istā: nam de septēnio in septēnium legitur corā toto israele conueniente ad locum sanctuarij in festiuitate tabernaculorū vt p̄z. j. 31. c. (Benedicat sibi in corde suo.) Bñdicere sibi est bonū sibi ip̄precari: aut bonū sibi p̄nunciare futurū. imp̄precari bonū nō est hic aligd spāle: q̄ quilibet homo siue malus siue bonus imp̄precat sibi bonū: sed accipit p̄o p̄enunciatione boni futuri ⁊ p̄z in litera. j. cū subdit pax mihi erit ⁊ ambulabo in p̄auitate cordis mei. (In corde suo). i. q̄n aliquis ista dixerit non dicet publice: q̄ non audebit cū hoc sit infringere legē ⁊ repugnare veritati eius asserendo nō esse sic euentuz vt ipsa futurum p̄enunciat. (Pax mihi erit ⁊ ambulabo in p̄auitate cordis mei). i. ego nō timeo q̄ veniant sup me ea que continent in hac lege: q̄ pax mihi erit. i. securitaz ab oī nociuo. (Et ambulabo ī p̄auitate cordis mei). i. etiam si faciā mala que nunc facio. (Et dñs non cognoscat ea.) Ista oīa se bñt q̄si dī. si aliquis colens idola post istam legem p̄enunciatam ei coluerit idola cuz desiderio eis adherens deus nō miserebit peccato huius: q̄ ex magna malitia p̄cedit ⁊ contēptu dei. (Sed tunc). s. q̄n fit audiēs aliquis non curauerit recedere ab illo malo: sed magis dederit sibi magnā spem qui non venient ei aduersum insurgebat ira dei. (Furor eius seuiet.) Dr̄ furor dei pena dura ab eo alicui inflicta que eū valde furibundū valde designare posset ſz nō fit: q̄ talis pena ab aliquo alio si inferet videret ex furore p̄cedere. (Et zelus ō boiem illum.) Scut zelus est amor quo aliquis singulariter vult amari: ita zelus quoq̄ est dolor q̄ ⁊ neglecto alius ametur: ⁊ iste est valde magnus dolor est iustus quem aliquis cōpescere non pōt vt leges humane p̄testantur vt p̄z digestis de adulterijs in. l. graccus. eodem mō deus cum dicatur habere zelum. i. voluntatem vt ipse solus colat: si aliquem alīū colere voluerimus: aut actualiter coluerimus contēnimus eū: ⁊ tunc iustissime dolere dr̄ ⁊ zelus eius seuit in nos. (Ut sedeāt sup illum oīa maledicta). i. zelus dei ⁊ furor eius tantum accendet contra boiem istum vt faciat eum p̄imi valde inducendo super eum omnes maledictiones que scripte sunt in hoc libro ⁊ dicit. (Ut sedeant.) Q̄z sedere signat firmitatem ⁊ imobilitatem. Et est sensus q̄ non solum deus induceret mala ista super eum qui peccaret: sed faceret q̄ maneret super eum imobiliter donec consumerent eum: quia continuata iniquitate ista cordis deus continuaret punitionem vsq̄quo deleret peccantes: vel vsq̄quo desisterēt a peccato vt p̄z Leui. 26. c. (Omnia maledicta). i. omnes maledictiones. (Que scripta sunt in hoc volumine.) Et non solū hec: sed multa alia q̄ nō sunt scripta h̄ vt dicebatur. ō. precedenti. c. ⁊ deleat nomen eius sub celo.) idest faciat q̄

Bñdicē sibi quid sit.

ciat q̄ nō noiet nomen eius sub celo.ſ.in ẽra q̄ſt oi.ille qui talr peccauerit a deo puniet quouſcq̄ moriat ꝛ per mortẽ tollet de ſupficie terre:ꝛ nomen quoq̄ eius peribit:qz non noiabit poſt mortẽ. Hec ẽt pena quedã a deo inflicta eſt vt nō maneãt noia mortuoꝝ.nã mali deſiderauerunt dũ vixerunt vt noia eoꝝ manerent poſt mortez.deus aũt totalr eis ad:ꝛſans facit vt noia quoq̄ poſt mortez non maneant: qz perit memoria eoꝝ cuz ſonitu vt pz.p̄s.9. Et aliquis miſer ꝛ paup moriẽ qui quãdiu fuit vixit inglorius:poſt mortẽ vero fame eius p̄conia reſtant.impioꝝ vero noia tanq̄ in tenebris ſint a nemine cognoſcunt:ꝛ ſi morientibus ipſis cũ ſtrepitu illo ad paucũ tps quedã leuis memoria ſupſtes ſit pauliſp tñ facta mutatione tanq̄ debilis ſcintilla extinguit de his ſapie.2.et.4.et.5.c.ſ.trãſierunt hec tanq̄ vmbra: ꝛ tanq̄ ventus p̄currens ꝛ tanq̄ nauis que pertranſit fluctuãtez aquã cuius cũ trãſierit nō eſt repire veſtigiũ:aut auiſ q̄ tranſuolat in aere cuius nullũ inuenit argñ itineris: ſed tñ ſonitus alarũ verberans leuẽ ventũ cõmotiſq̄ alis tranſuolauit:ꝛ poſt hoc nullũ ſignũ inuenit itineris illius:aut tanq̄ ſagitta miſſa in locũ deſtinatũ diuiſus aer ꝺtinuo in ſe recluſus eſt: † ita vt ignoret tranſitus illius. (Et ꝺſumat eũ in p̄ditionez).i.finiat eũ p̄dere q̄ſi oi.qñ aliqs modicũ peccat deus incipit illuz p̄dere:ſed ſi in hoc ꝺtumaciter p̄maneret deus finiret punitionẽ illi⁹ vſq̄ ad totalem eius extinctionẽ. (Et oĩb⁹ tribub⁹ iſrael) † i.faciet q̄ non ſit in aliq̄ tribu iſrael. (Iuxta maledictiones q̄ in libro legis huius ꝺtinent).i.deus ꝺſumet talẽ virũ ſicut exp̄imebat in maledictionibus poſitis in h̄ libro:ſunt aũt iſte maledictiones poſite p̄cedẽti.c.ibi eſt chatalogus maledictionũ ꝛ in c.27.vbi ponebant maledictiões vande ſup̄ montẽ hebal:ꝛ qz iſtud.c.nõ eſt vbi ponunt maledictiões facit mentionẽ de alio † tanq̄ de alio alieno ab h̄. (Dicetq̄ ſequens gr̃iatio.) Oĩa q̄ homines a via ꝺmouere poſſent ponit hic deus.pene nãq̄ faciũt recedere a peccatis:lz iſte modus nõ peccãdi ip̄fectoꝝ eſt qõ- £ cũq̄ g̃ ſit qõ rõnẽ pene vllo mõ hẽat eſt natũ ad exterrendũ a peccato:pene aũt nõ ſunt in rebus: ſed ẽt in vocibus nã verba ꝺtumelioſa ita pungunt ſic v̄bera:immo generoſi animi potius paterent verbera q̄ v̄ba:ꝛ iſta verba nõ ſolũ affligunt cum in faciẽ alicuius ꝓferunt:ſed ꝛ cũ timet ſibi eſſe in futurũ dicẽda: aut q̄ poſt mortẽ in eum maledicta iactabunt:ſolentq̄ interdũ mali ſola maledictoꝝ in eos poſt mortẽ expectatione ab aliqb⁹ malis q̄ alias facturi eẽnt ꝺmoueri:ꝛ hoc mõ fecit hic deus:qz cũ poſuit oĩa g̃ia penaꝝ realiter infligendaꝝ ꝛ coꝛpaliter experiendaꝝ:nouiſſime poſuit penas illas q̄ in verboꝝ p̄latione ſunt.ꝛ h̄ poſt mortẽ peccantiũ vt ẽt ſic aliq̄liter de leſione fame ſupſtitis mouerent.nã ſi iſti peccarent ꝛ deus infligẽs eis iſtas penas deleret eos ꝛ terrã eoꝝ deſtrueret:illi qui poſtea terram illã viderent dicerent q̄ iõ qz p̄pls iſte peſſimus fuerat talia in eũ facta ſunt:qõ erat ledere famã ipſoꝝ. (Dicetq̄ ſequens gr̃iatio).i.alia gr̃iatio que fuerit poſt eã que nunc eſt q̄ ei ſuccedet. (Et filij qui naſcent).i.filij iſtoꝝ peccatoꝝ punitoꝝ qui naſcent ex eis ſiue ĩmediate ſiue mediate.maxime autez intelligit de his qui naſcunt mediate.ſ.de nepotib⁹ ꝛ p̄nepotibus qui nõ viderunt inflictionẽ plagaꝝ:nec ad eos ꝓprie p̄uenit notitia vñ magis admirari p̄t tanq̄ de eo cuius radicem ignorant.

Qō.6 A An iſti q mirari ꝺbebant ſint filij iudeoꝝ vel alij boies. ¶ Dubitabit aliqs vtrũ iſti filij intelligant eſſe filij iſtoꝝ q puniunt ĩmediate ſiue per ſucceſſionẽ deſcendẽtes ab eis:aut ſint alij boies:qz oẽs qui poſt inflictiones plagaꝝ naſcerent vocarent filij lz nõ filij iſtoꝝ:qz ſcõm morem ſacre ſcripture:ꝛ ſcõm morẽ poeticũ aliqñ iſta noia relatiua ponunt non poſitis ſuis coꝛrelatiuis vt in iſto noie filius de quo cantico.2.c.ꝺ ſic malus inter ligna ſyluaꝝ ſic dilectus meus inter filios: ꝛ iſtud nomen nur⁹:ꝛ ſic de ceteris ouidius nãq̄ in libris de arte amãdi: ꝛ in alijs libris ceteriq̄ poete vocant nurus oẽs mulieres vxoratas in reſpectu ad ſocrus lz nõ exp̄imant:ꝛ ſic in ceteris.ita igit hic vocari poterant filij oẽs minores q poſtea naſcerent. ¶ Itẽ ꝺueniebat hoc:qz magis poterant hoies ex̄nei venientes ad illã terram poſt deſtructionẽ illius admirãtes de illa dicere hec q̄ ponunt in lr̃a q̄ aliqs alius q in terra illa natus eẽt: qz iſte cognoſcere poterat qs fuit caſus ille:ꝛ vñ traxerit oꝛigi nem. Dõm tñ eſt q̄ accipiunt hic filij p̄ veris filijs ĩmediatis vel mediatis qui ſuccedẽtibus parẽtib⁹ ſuis poſt mortẽ eoꝝ ꝺſiderantes vltionẽ quã deus exercuiſſet in hãc terrã dicerẽt v̄ba que.j.ponunt:ꝛ p̄z q̄ intelligat de iſtis: qz lr̃a diſtinguit h̄ inẽ filios ꝛ peregrinos:cũ dicit filij qui naſcent deinceps ꝛ peregrini:ſi aũt nõ acciperent filij p̄ filijs iſtoꝝ q puniti fuerãt nõ eẽt diſtinctio inter peregrinos ꝛ filios:qz peregrini ſunt q nati ex̄ aliquã regionẽ poſtea ad illã veniunt: ſi aũt iſti q vocant h filij nõ eſſent filij eoꝝ qui in terra iſta habitauerant eẽnt peregrini:qz ex̄ geniti fuiſſent: ꝛ ſic non diſtingueret inter eos:ſed diſtinguit:g̃ filij ꝓprie accipiunt p̄ filijs eoꝝ qui in ẽra illa habitabant. ¶ Itẽ qz dz ꝛ peregrini q de longe venerunt ex quo innuit q̄ alij de q̄bus mẽtio fiebat non venerant de longe:ſed † erant nati in ẽra illa hoc aũt ꝑtinet ad filios ꝓprie dictos. (Et filij qui naſcent deinceps.) Ponit h̄:qz illi qui iã nati erant q̄ iſte pene infligebant nõ poterãt dubitare de mõ illatõis iſtaꝝ penaꝝ:ꝛ de cã pp quã infligebant:qz tp̄ibus ſuis cerneret vitia p̄ q̄bus pene iſte infligi dẽrent: iõ nõ admirarent iſti nec dicerent aliqd:qz ꝛ ipſi partẽ penaꝝ hanc luerent p̄ patribus ſuis:filij tñ qui poſtea naſcerent inflicta plaga: nõ videntes eã † infligi nec cãm inflictiõis admirãtes dicerẽt q̄.j.hñr. (Et peregrini qui de longe venerũt).i.illi qui de alijs ꝑtib⁹ venirent ad hitandũ in ẽra illa:vel tranſirent p eã:qz iſti hẽbant maius motiuũ ad admirandũ cũ nunq̄ ad terram illã acceſſiſſent ſicut ſi nunc aliq de nobis:vel magis adhuc de alijs gentibus ſacraꝝ ſcripturaꝝ inſcijs iret ad vallẽ vbi fuerunt olim ſodoma ꝛ gomoꝛra:ꝛ alie vrbes q̄ ſulphure ꝺcremate ad vltimũ euerſe ſunt: vides terrã illã ſic vaſtatã miraret cum tellus ipſa pene ſue teſtis ſit:ꝛ cuilibet reſpicienti quedã punitiõis ꝛ timoꝛis ſpẽs incutit iuxta illud qõ ait ſolinus ĩpoliſtoꝛ.c.36.de iudea.ſ.longo hieroſolyma receſſu ſinus triſtis pandit quẽ de celo tactuz teſtat humus nigra ꝛ in cinerẽ ſoluta:ꝛ hoc exẽplum de ciuitatibus his inducit.j.deus. (Videntes plagas ẽre illius.) Nõ vocant hic plage ẽre plage alicuius ppli habitantis in ẽra:ſed aliq̄ ſoꝛte mutationes facte in terra ꝺminuẽtes eã a ſua pfectione q̄ in modũ plagaꝝ date ſunt tanq̄ ſi darent rei rõnali:ꝛ patiẽti: ꝛ ſunt q̄dã vaſtitas terre vt cõbuſtio arboꝝ vel agroꝝ:ꝛ fulminatio:ꝛ admirãda ſiccitas:ꝛ grãdo ꝛ locuſte aliecq̄ plage a deo inflicte ad deſolandũ terraz. (Et infirmitates.) Terra vel aliqõ † irrationabile coꝛpus ifirmitates nõ dz cũ infirmitates ſint diſ- Infirmitates ẽre qd ſint. p̄poꝛtiones q̄litatũ aialis facientiũ ad armoniã.in rebus aũt inaiatis nulla talis reperit armonia.p̄ſit aũt vocari infirmitates terre aliq̄ infirmitates inducte in bꝛutis aialibus ꝛ in hominibus ita vt moꝛerent oĩa:ꝛ qz terra p̄debat totũ decoꝛẽ ſuuz p̄dendo iſta indiuidua ſpẽrũ ſicut ipſa indiuidua pire per infirmitatẽ dicebant:ita terra dicebat infirmari vel dz pati infirmari: qz ſoꝛte veniebat aliq̄ calamitas terre vt aer coꝛruptus: vel nebula vel quid huiuſmodi. Et iſta vltima exp̄ bona eſt: qz ĩmediate ponit exp̄ ei⁹.ſ.infirmitates q̄bus eã deus afflixit ſulphure ꝛ ſolis ardoꝛe cõburens:iſte g̃ ſunt infirmitatez.nã ſic vnus hõ per iſtos laboꝛes frequẽtatos cito moꝛeret:ita p iſtas penas inflictas terre vocabat de⁹ infirmitates:qz ſic hoiez egritudo facit debilẽ ꝛ alienatũ a viribus ꝛ rõne:ita iſte plage faciebãt terrã carentẽ viribus germinãdi ſicut dz.j.ita vt vltra nõ ſeratur:nec virens quippiã germinet in exẽpluz ſubuerſionis ſodome. (Sulphure.) Nõ miſit deus vnq̄ ſulphur ſup terram † chanaã tpe quo eã poſſederunt iudei:qz peccata eoꝝ non tantum apud deum p̄moꝛuerunt vt terra ſulphure cremaretur: ſed erat deus iſtam plagam immiſſurus ſi ſoꝛte peccata iudeorum tantum incandeſcerent:ſic.n.miſit ſup ſodomaz ꝛ gomoꝛram ciuitates pentapolis: qz viri illarum ciuitatum erant nimis peccatoꝛes coꝛaz domino vt pz Geñ.13.c.ꝛ poſtea ſulphure ꝛ igne deleti ſunt vt patet Geñ.19.c. (Et ſolis ardoꝛe.) Iſta † erat quedam pena ſpecialis que etiaz non fuit data in terra iudee ſpecialiter:ꝛ eſt hoc cum aliquis eſtus valde magnus viget:ita vt deleret cuncta que germinarent in ẽra. Et talis eſtus De caloꝛe nimio qui accidit in ethiopia antiq̄ſſimis tp̄ib⁹ q̄ dia pone exuſſit. accidit in ethiopia vt tantus caloꝛ fuerit q̄ videretur ſol magis accedere ad terram:ꝛ videretur eſſe tunc maioris caloris ꝛ multa hoc caloꝛe noxio peribant penitus:ꝛ gentilitas putãs in his cãm eſſe id qõ in oĩs ſuis ponunt finxerunt ſolem currus ſuos tradidiſſe filio ſuo phetonti.eg vo inſolitũ pondus agnoſcentes per deuia celi ſpacia diſcurſabant:ita vt nunc celũ ſtellatum petere viderentur nunc verſus mercurium ꝛ lunam bꝛeuioꝛe nobis ſpacio appꝛopinquaret:in qua appꝛopinquatione omnia elementa pene exceſſiuo caloꝛe ſoluta tabeſcebant:fontes ꝛ flumina deſſiccati ſunt:ꝛ ipſa alma mater tellus rauciſſonis vocibus ſumũ deoꝝ p̄ez implorans conqueſta eſt tandem pheton trifido fulmĩe vulneratus de curru cadẽs in fluuio eridano tumulatus eſt:ſic fabulam iſtam inducit plato in thimeo libꝛo p̄mo:ꝛ paulus oꝛoſius libꝛo p̄mo de oꝛmeſta mundi. (Ita vt vltra nõ ſeratur.) Terra ſerit vt ſemina in ea iactata virtute eius alant ꝛ foꝛment in ſegetes:cũ vero vtus germinatiua ẽre deperit nõ eſt opoꝛtunũ eã ſeri:ſic eſt ſi tantus caloꝛ ẽrã exuret: qz tũc velut cinis tota humiditate ꝺſumpta cõuertit in puram

Riſio. B Quo fuit inuẽta fabula phetõtis regentis currus ſolis. †

ficcitatē:ita ⁊ terra tantū ficcaret quousq; tota virtus eius cō
fistens in quadā humiditate grossa penitus solueret manenti
bus partib⁹ terre discōpactis uersis in cineres: aut in vivas
solutis arenas:in quoꝝ neutro vis germinādi est: nec seri pro
† dest.(Nec virens quippiā germinet.)Germinare viride est ex
humiditate vbi aūt humiditas illa deficit nō est aliq̄ vtus ger
L minatiua:est aūt vis germinatiua quedaꝫ vis generandi repta
Germinar viride gd sit. in terra sicut in quolibet aīali reperit vis generandi scōm suā
spēm:⁊ ista fundat in certa ꝓportione humiditatis:cū vero il
la humiditas exhausta est dato ꝙ postea magna ⁊ excellens sup
fundat ipsi rei nihil poterit germinare:quēadmoduꝫ est in cine
ribus:qz per actionē calozis soluta fuit humiditas totalr ⁊ vir
tus germinatiua:⁊ lz postea tota cinis operiat aqua:nō pp hoc
germinabit quicq̄:qz virtus eius germinatiua extincta est: sic
ꝓz de seminib⁹ que coquunt antecꝫ iaciant in terrā quoꝝ vir
tus germinatiua exhalat ꝓ calorē excludentē:⁊ postea lz iaciant
in terrā:⁊ veniat sup ea multa aq̄ ipole est nasci inde quicq̄:in
† multis aūt bmōi accidit.(In exēplum subuersionis).i.in simili
tudinem q̄si di.vt sicut ille subuerse fuerunt ita ⁊ ista terra sub
uertat:erat.n.terra sodomozū.s.vallis illa in qua erant gnq;
ciuitates facientes vocari regionē illam pentapolim fertilissima
inē alias regiones terre chanaā:⁊ amena valde i arboribus:qz
tota irrigabat iordane ⁊ erat sicē paradisus dñi:⁊ sicut egyptus
venientib⁹ in segor vt ꝓz Geñ. 13.c.postea vero mutata fuit in
effigiem tristē de se monstrans fuisse a deo ꝑcussam:nā arbo
res ibi poma gignunt q̄ cū visui grata sint:solā intus fauilaceā
fuliginē bñt in testimoniū celestis illius ignis adhuc manentis:
† sic ait solinus impolistor.c.36.de iudea.(Sodome ⁊ gomorre
adame ⁊ seboym.)Quinq; ciuitates erant in valle vñ vocabat
pentapolis vt ꝓz sapie.12.c.⁊ ponit hic.4.vltima eaꝝ q̄ minor
erat vocat bala vt ꝓz Geñ.14.c.siue segor ab euētu vt ꝓz Geñ.
19.nec vt qdā autumant fuerūt oēs delete incendio: vt decla
rauimus sup Geñ.19.c.qō maxie hic cōminat: qz cū posuisset
spāliter eas solas.4.explicat nō ponens segor siue balā q̄ ꝑcib⁹
† loth fuit defensa vt hr Geñ.19.c.(Quas dñs subuertit in ira ⁊
furore suo.)Ira ⁊ furor idē sunt:sed est multiplicatio verboꝝ
scōm modū loquēdi vulgarē:vel pōt distingui inter illa: ita ꝙ
ira sit paruus motus ad vindictā.furor sit quedā corꝑis effera
ta atq; truculenta iactatio ex cōmotione mētis ꝓcedens:⁊ hꝫ pti
net ad magnā iram:oz aūt subuertisse deus bas in furore suo:
qz peccata ciuitatū istaꝝ erant magna nimis: ⁊ deus cōcitatus
† ē eas deleuit eas in exēplū eternū.(Et dicent oēs gentes.)Hoc
est quantū ad iudeos peccatores qui punirent a dño:⁊ quātuꝫ
ad terrā eoꝝ que subuerteret:nā oēs gentes videntes talē de
† solationē dicerent ista vba q̄ sequunt.(Quare fecit dñs ter
re huic.)Ista est qō nō quidē ignorantiū ⁊ ingrentiū:sed admi
D rantiū qō ꝓz imediate cū ipsimet rñsum sup hoc dent:sed mo
dus est admirantiū de aliqbus sibi notis ingrere mouente eos
† rei magnitudine.(Quare fecit dñs.)Nō dñt q̄re sic factū est
huic terre q̄si hostes hꝫ fecissent:vel nāliter accidisset:sed q̄re fic
fecit dñs q̄si di.ꝙ magnitudo huiuꝫ plage tāta erat ꝙ satis liq
† dum erat a solo deo inflictā fuisse.(Et q̄ est hec ira furoris eius
immensa).i.qūo deus tantā iram incanduit ꝫ istos:vt sic puni
ret eos:⁊ terrā eoꝝ deleret.nā lz deus puniat misericors:⁊ non
obliuiscit misereri vsq; in finem:qz miserationes eius sup oīa
opa eius:ꝙ g̃ tñ punierit valde admirādū est:⁊ vocat ira dei hꝫ
immensa: qz ira vt ꝓprie accipit in aīalibus est motus partis
affectiue ad vindictā ⁊ cū ista ira sit in ipso aīali: ⁊ est aliquid
spūale nō pōt cognosci i seipsa vtrū magna an parua sit.cogno
scit aūt ex effectibus.nā cū ipsa sit ad puniendum iudicabit ex
quātitate inflicte pene si pena parua ⁊ ira parua fuisse mōstrat:
magna aūt punitio magnā atq; incandescentē indicat iraꝫ: sic
aūt erat in punitione sodomoꝝ:⁊ significabat futuruꝫ in puni
tione iudeoꝝ.s.peccatores ꝛtumaciter ꝑmanerent.nam fuit illa
punitio amara nimis:vel durior infligi eis poterat q̄ ꝙ ipsi ce
lesti igne ꝑcussi cū suis ciuitatibus ꝛflagrantes demū ad pfun
da terre absorpti fuerint ciuitatū suarū nullo manēte vestigio:
vocat g̃ ira maxima inflicta hmōi maxima punitiōe:sed maxi
† ma ira est q̄ immensa est:iō immēsa vocat ista ira dei.(Et rñde
bunt qz derelinquerūt pactū dñi.)Ista rñsio est eorū qui istam
q̄rebant:qz lz scirent tñ admirabant:iō ingrebant ⁊ ꝛfestim fi
† bi ipsis rñdebāt.(Qz dereliquerūt pactū dñi.) Deus pepigerat
cū iudeis vt eū solū colerent ⁊ obꝛuarent oīa q̄ in hac lege scri
pta sūt vt ꝓz.ē.26.et.27.c.⁊ ea q̄ scripta erāt in lege data in mō
te oreb vt ꝓz Exo.19.c.⁊.24.c.derelinquētes g̃ pactū dei irritū
† facientes fidē datā maxime puniri digni erant.(Qō pepigit cū
patribus eoꝝ.)Ad qō ita tenebant filij scōm ꝙ patres:qz deus
erat dñs eoꝝ sicut erat dñs patrū suoꝝ:ꝑcipue cum deus vellet
ēt successores obligari.(Cū patrib⁹ eoꝝ.)Quasi di.ꝙ istud pec- †
catū pp qō tanta desolatio veniret nō facerent isti q̄ nunc vi
uebāt ⁊ susceperant legē:sed eoꝝ successores:qz isti cū vidissent
tanta mirabilia fieri ⁊ punitiōes in ipsos nō dereliquerent ita
cito pactū dei:sed successores q̄ nō recordarent illoꝝ que deus E
fecerat:⁊ sic factū est:qz toto tpe quo vixerunt isti qui exierunt
de deserto introeuntes in terrā chanaā quo tpe rexit Josue:⁊
post eū alij senes nō peccauerunt filij israel ꝫ dñm derelinquē
do pactū eius:sed postea multo tpe vt ꝓz iudi.2.c.cū dr ⁊ abie
runt filij israel vnusquisq; in possessionē suā seruieruntq; dño
cunctis diēb⁹ Josue ⁊ senioꝝ qui longo tpe vixerunt post eū:⁊
nō erant oīa opa dñi q̄ fecerat cū israel.(Qui eduxit eos de ter- †
ra egypti.)Dic rememoratr istud bñficiū ad maiorez aggraua
tionē peccati.nā cū tantū ꝓ eis egisset nō debuissent derelin
quere pactū eius.(Et seruierunt dijs alienis.)Ponit id in quo †
isti violauerūt pactū.s.in colendo deos alienos.nā potissimum In quo
qō in pacto ꝛtinebat erat vt eū solū colerent ad nullū aliū deū iudei
inclinātes.(Et qbus nō fuerant attributi).i.qbus nō fuerūt re violarūt
cōmendati:⁊ hoc magis aggrauat peccatū.nā lz esset peccatum pactum.
colere deos alienos.s.demones quocūq; mō colant:tñ si illi q
colerent eos reciperent ab eis aliq̄ bonū qō videret ptinere
ad bñficia q̄ a deo sunt: vtpote ꝙ ille ppls esset q̄si cōmendatuꝫ
illis dijs.⁊ illi facerent ꝓ illo ppło nō esset tantū peccatū:sed si
illi dij nihil faciant ꝓ aliquo ppło ⁊ colant ab illo est maius
maluꝫ:cū tunc demones siue illi dij per se colunt tanq; aliqd ꝑ
se bonum bñs in se numen.(Idcirco iratus est furor dñi.)Illa †
erat narratio iniqtatis israelitarū.hic ponit ꝛclusio quā infer
rent gentes videntes desolationē istā.s.(Qō idcirco).i.qz ppls †
iste tanta patuerit scelera deus iratus eis tantā intulit punitio
nem.(Iratus est furor dñi.)Ista est locutio ex supabūdantia:qz †
debuisset dicere iratuꝫ est dñs:qz furor nō irascit cū furor ⁊ ira
idē sint.Et idē est furorē irasci ꝙ furorē incitari: ⁊ est iculcatio
vocabuloꝝ vt si dicamuꝫ aliquē cecū visu:qz cū ista dictio cecuꝫ
signet carentē visu:si dicat aliquē esse cecū visu ponimus cecū
i.carentē solū: sic iratus est idem signat ꝙ motus fuit furor vel
ira:qz vero furor exprimit signat iratus est.i.motus est solum.
(Contra terrā illā.)Non fuit deus ꝑncipalr motus ꝛ terram:qz †
terra nihil oīno peccauit:sed iratus fuit deus ꝛ hītatores terre
⁊ puniuit eos:⁊ pp eos pariter terrā deleuit inquātū mutatio
nes ⁊ deteriorationes facte in terra redundabant in dānum ⁊
penā hītatorū peccantiū ⁊ in exēplum futuroꝝ:vt visa tali puni
tione oēs futuri arceant a talibus peccatis:⁊ isto mō terra so
domoꝝ ꝑcussa est pp peccata hītatoꝝ:qz volebant se pire ⁊ res
suaꝫ simul:⁊ hoc mō maledicta fuit terra pp peccatuꝫ Ade vt ꝓz
Geñ.3.c.cū dr maledicta tra in ope tuo spinas ⁊ tribulos ger
minabit tibi:nō.n.erat in se terra maledicta: sed inquātū suus F
defectus erat laboriosus homini excolenti eā:qz cū maiori la
bore nunc fructus datura esset q̄si aliter dedisset.(Ut induce- †
ret sup eā oīa maledicta.)Ponit vt.i.in tātū exarsit ira eius ꝙ
indurit oīa maledicta sup hanc terrā.(Que in hꝫ volumine scri †
pta sunt).s.ē.28.c.⁊.27.⁊ hꝫ.(Et eiecit eos de terra sua.)Facien †
do duci in captiuitates: qz tunc manebat terra desolata absq;
hītatore sicut fuit in captiuitate babylonica:qz nabuchodono
sor tulit oēs hebreos de iudea in babylonez relictis solis viris
paupibus agricolis ⁊ vinitorib⁹ qui postea occiso godolia ꝓpo
sito eoꝝ recesserūt in egyptū cuꝫ Jeremia ꝓpha:⁊ mansit ⁊ra
desolata toto illo tpe captiuitatis de quo.4.reg.25.c. ⁊ isto tpe
gentes aliūde venientes poterāt dicere hec q̄ hic dicta sunt.(In †
ira ⁊ furore ⁊ indignatione maria.)Dic ponunt multa noia si
gnantia idē:qz in vulgari multa noia sunt signātia iram ⁊ osue
uimus log ponētes ea simul:pōt aūt aliq̄lis ꝛdia inē ista assigna
ri.s.ꝙ ira sit q̄liscūq; motuꝫ ad vindictā:furor est motus ad vin
dictā q magnus est cū turbida ⁊ efferata vultus dispōne:indi
gnatio dr ira fm ꝙ nos indignū iudicamus talia fieri q̄lia fiūt
vel talia pati q̄lia patimur.(Proiecitq; ī trā alienā.)Lz hostes †
veniētes sup iudeos eos de tra sua expellerent ⁊ occiderēt: tñ
deus hꝫ facē dicebat:qz ipse icitabat vt ista fierēt ponēdo eis in
mentē ⁊ adiuuādo hostes hebreoꝝ vt ꝓz Esa.5.c.vbi deus vo
cat babylonios ad punitionē ⁊ captiuitatem iudeorum cum dr
⁊ leuabit signum in nationibus procul:⁊ fibilabit ad eum de fi
nibus terre.Et ecce festinus ⁊ velociter veniet:ēt dicebatur vo
care assyrios vt venirent ad captiuādū regnū isrl.s.decē tribuū
vt ꝓz Esa.7.c.cum dr:⁊ erit in die illa fibilabit dñs muscę que
est in extremo fluminū egypti:⁊ api que est in terra assur:⁊ ve

nient ⁊

nient ⁊ requiescent oēs in torrentibus vallīū : isti tī hostes iudeoꝝ qī capiebant eos ⁊ pro libito suo lacerabant putabant se in virtute sua sola agere : ⁊ supbiebant valde atq; dñs irascebaꝫ eis pꝫ hᵉ de rege Salmanasar quē misit dñs ō samariaꝫ vt captiuaret eā: ⁊ putauit se fecisse ī roboze suo: ⁊ sic gloziabaꝫ vt pꝫ Ysa.c. 10.cum dr̄ ve assur virga furoꝛis mei : ⁊ baculus ipse in manu eoꝝ indignatio mea:ad gentem fallacē mittā eum ⁊ ō pplm furoꝛis mei mādabo illi vt auferat spolia:ipse aūt non sic arbitrabiꝫ: ⁊ coꝛ eius nō sic existimabit:sed ad ɔterendum erit coꝛ eiuꝰ: ⁊ ad intētionē gentiū nō paucaꝝ:dicet.n.nunqd nō p̄ncipes mei simul sunt reges ⁊.j. in sapia mea intelleri: ⁊ in foꝛtitudie manꝰ mee feci: ⁊ abstuli t̄minos ppl̄oꝝ: ⁊ p̄ncipes eoꝝ deꝑcatus sum: ⁊ detraxi q̄si potens in sublimi residētes: ⁊ inuenit q̄si niduꝫ manus mea foꝛtitudinē ppl̄oꝝ: ⁊ sicut colligunt ouа que relicta sunt:sic vniuersaꝫ terrā ego ogregaui. Ecce mō nabucbodonosoꝛ captiuauit iudeos: ⁊ ōstruxit ciuitates eoꝝ putauitq; hᵉ in foꝛtitudine sua fecisse vt pꝫ Abacuc. 1.c.cū dr̄ ecce ego suscitabo chaldeos gentē amarā ⁊ velocē ambulantē sup latitudinē terre vt possideat taber̄nacula nō sua. ⁊.j. dñe in iudiciū posuisti eum : ⁊ foꝛtem vt coꝛriperes fundasti eum : ⁊ infra totum in hamo subleuabit : ⁊ traxit illud in sagena : ⁊ congregabit in rete suuꝫ:super hoc letabitur ⁊ exultabit ⁊ propterea imolabit sagene sue: ⁊ sacrificabit reti suo:qz in ipsis incrassata est pars eius. (Sic bodie cōprobaꝫ.) Nō intelligiꝫ de tpe in quo moyses loquebaꝫ israeli ista sup iozdanē:sed ad tps in quo iudei erant in captiuitate: ⁊ pꝫ qz ista nō sunt vba moysi p̄ncipaliter:sed vba gentiū videntiū terrā israelitaꝝ desolata eēt ipsis exr̄itibus in captiuitate:dicerēt ḡ ipsi videtes desolationē hanc q̄ deus indurit plagas istas sup terrā illā sicut cōprobaꝫ bodie.s.nunc q̄si nos videmus terrā desolatā eē. (Abscondita a dño deo nr̄o.) Pōt intelligi referēdo ad peccata pp que infligiꝫ ista punitio.s.q̄ illa puniri debeāt isto mō.s. (Abscondita a dño deo nr̄o).i.ea q̄ abscondita sunt de qbus hoīes nō nouerūt iudicare a dño deo nr̄o ⁊ ipsa que manifesta sunt supple indicaꝫ nobis ⁊ filijs nr̄is.i.a nobis ⁊ filijs nr̄is: ⁊ isti oēs sunt iudices vel. (Abscōdita a deo nr̄o).i.pene quas patimur sunt abscondite a deo nr̄o q̄si di.q̄ appet deū nō videre illas cum nō eruat nos: ⁊ sunt manifeste nobis ⁊ filijs nr̄is.s.qz ista exprimur actualr̄ patiēdo: ⁊ sunt vba iudeoꝝ positoꝝ in magna calamitate. (Usq; in eternū).i.q̄ durabit ista punitio vsq; in eternū:ista ꝑma expositio melioꝛ est:qz ista pars vltima lr̄e nō applicaꝫ bñ scōe expositioni:qz illi qui in calamitatibus sunt nō dicunt q̄ in eis pmanebunt vsq; in eternū nisi desparent: ⁊ tūc nō ogruit lr̄a inferioꝛ. (Ut faciamus oīa vba legis huius.) Qz ista sunt vba alicuius se ad deū ɔuertētis: ⁊ nō vba desperātis : maxīe qz illiᵍ cognoscūt se a deo iuste pp peccata puniri magis veniā petunt q̄z desperent cū.j. ꝑmittaꝫ venia.c. sequēti. Sed foꝛte magis tenēda est alia expositio:qz nec ista vr̄ proprie ɔuenire cum.n.dr̄. (Abscondita a dño deo nr̄o.) Necessariuꝫ est q̄ hᵉ fiat mutatio psone loquētis de tertia ad p̄mā:qz antea loq̄baⁿ gētes videntes istas calamitates quare deus sic fecerit:hᵉ aūt fit ɔuersio ad ipsos iudeos ita q̄ ipsi loquantur nunc de se : ⁊ hᵉ necessarium est scōm quacunq; istarum expositionum vt pꝫ ex mō lr̄e. Ista aūt p̄ma expositio nō vr̄ ɔsonare lr̄e:qz hic agiⁿ de punitionibus de qbus gētes videntes loquebantur: ⁊ non de peccatis:q̄ opz referri ad penas ⁊ nō ad delicta:sed p̄ma expositio ad delicta refert. ℂ Itē qz ista expositio est quātū ad iudicia penaꝝ infligendaꝝ pro culpis.s.q̄ deus iudicaret iponendo penam in occultis: ⁊ boies iponerent penā in manifestis:sed ista lr̄a de iudicijs nihil agit. ℂ Itē qz si teneret ista expositio nō dēret dici abscondita a dño deo nr̄o:sed q̄ abscondita sunt:qz si ponaⁿ abscondita sine relatiuo nō intelligitur ibi cōmertio: ⁊ est scōa expositio:si aūt poneret q̄ abscondita sunt magis ad p̄mā sniaꝫ ptineret : exponetur aūt sic. (Abscondita a dño deo nr̄o).i.que deus noster abscondit nobis vel q̄ abscondita sunt ab eo.s.ne ipse cognoscat:nō pōt dici abscondita.i.q̄ deus nobis abscondit:qz repugnat lr̄a sequēs.s.q̄ sunt manifesta nob ⁊ filijs nr̄is: sed accipiⁿ scōo mō.s.q̄ abscōdita sunt a deo nr̄o.i.q̄ deus noster nō cognoscit illa.i. vr̄ nō cognoscere:qz nō auertit dissimulās q̄si nō videret: ⁊ hᵉ referⁿ pprie ad supradicta:qz eo tpe quo gentes videntes desolationē terre chanaā dicerēt ista supradicta:iudei exr̄ites in terra captiuitatis dicerent hᵉ q̄ hic bñr.s. abscondita a deo nr̄o.i.nunc q̄si patimur abscondita vñr eē a deo nr̄o:qz ita se bz q̄si nō videat:sed manifesta sunt nobis ⁊ filijs nr̄is.i.nobis manifesta sunt:qz ea patimur. (Usq; in eternuꝫ).i. ista nobis sunt manifesta hec q̄ patimur q̄ in eternuꝫ nō obliuiscemur eoꝝ. (Ut faciamus mandata legis huius).i.iō nob deus fecit ista manifesta vt faciamus ea q̄ ɔtinent in hac lege:in quo innuiⁿ q̄ istas penas deus dabat in recoꝛdationē vt isti memores q̄ semel passi fuissent agentes ō istā legeꝫ cauerent vlterius talia custodiētes mādata hec in eternū. ℂ Et q̄si arguiⁿ ō hāc positionē q̄ nō bene applicaⁿ lr̄e:qz illi qui in calamitatibᵒ sunt nō dicunt q̄ pmanebunt in eis in eternū:nisi dicant desperantes qō isti nō faciunt. ℂ Rñdeⁿ q̄ argūm istud procedit nō attenta radice huius expositionis:nā ista expositio nō dicit q̄ durabit in eternū talis calamitas:sed referⁿ ad illud participiū manifesta.s.q̄ iste pene ita sunt dure q̄ nō effugiēt memoriā eoꝝ vsq; in eternum: ⁊ hoc vt custodiant mandata dei.

Obiectio.

Rāsio.

ℂ Capitulum.xxx.

Cum ergo venerit sup te oēs sermones isti:bñdictio siue maledictio quā ꝓposui in ꝯspcū tuo: ⁊ ductus penitudine coꝛdis tui in vniuersis gētibᵒ:in q̄s dispserit te dñs deᵒ tuᵒ: ⁊ reuersus fueris ad eū: ⁊ obedieris eiᵒ iperijs : sicut ego hodie p̄cipio tibi cū filijs tuis ī toto coꝛde tuo: ⁊ in tota anima tua : reducet te dñs deus tuus de captiuitate tua:ac miserebitur tui : ⁊ rursuꝫ congregabit te de cunctis pplīs in quos te ante dispersit.

Sermonis capituli.

Cum ergo. Supza posita fuit pro peccātibus penarū multiplicatio. hic ponⁿ pro penitentibus eaꝝ relaxatio. ℂ Et ɔtinet duo. ℂ Primū ad ɔuersos miseratio. ℂ Scōo ad ipenitentes continua malozū toleratio ibi. (Si auersum fuerit.) Prima in duas. ꝑmo ponⁿ oīum peccatoꝝ relaxatio. ℂ Scōo excludⁿ a custodia legis dei calūniosa excusatio ibi. (Mandatū hoc.). (Cū venerint sup te oēs sermones isti). i. oēs pene signate p hos smones. ℂ Multotiens ponⁿ smo siue verbū pro ipsa re q̄ fit vt dr̄. 2. re. 1 c. qō est vbuꝫ qō factū est in castris. i. quid factum fuit in castris. (Et ductus penitudine coꝛdis tui). i. doloze coꝛdis de malo cōmisso: ⁊ solū refertur hoc ad maledictiōes:qz de benedictionibus nemo penitet:qz ipse solum dantur pp bonum. (In vniuersis gentibus in quas dispserit te dñs). i. non putes q̄ est difficile deo te reducere de terra longinqua:vel de multis gentibus:qz etiam si in omnes gentes mūdi fueris dispsus : ⁊ ibi penitueris inde te attrahet dominus. (Et reuersus fueris ad euꝫ). s. in coꝛdis contritione. (Et obedieris eius imperijs.) Ut qui ante idola colebas tunc incipias non colere : ⁊ deo in oībus mandatis suis obedire illa opere complendo. (Sicut ego hodie precipio vobis). i. q̄ in terra captiuitatis vestre cōpleatis oia mādata que ego recitaui hodie coram vobis. (In toto coꝛde tuo ⁊ tota alа tua). i. quantū tibi possibile fuerit : qz in terra hostili nō possunt cōplere oia mandata legis vt mandata de sacrificijs que non fiebant extra sanctuarium vt pꝫ Leui. 17. ⁊. s. 12. c. sic etiam de obseruatione festoꝛum ⁊ de iubileo ⁊ annis remissionis : ⁊ similia que determinabant certum locum ⁊ modum qui nō poterat esse extra terram promissionis. (Reducet te dominus de captiuitate tua.) Ad terram tuaꝫ. (Et miserebitur tui.) Dando tibi multa bona in terra tua. s. omnium rerum abundantiaꝫ. (Si ad cardines celi.) Locutio metaphoꝛica est : qz cardo dicⁿ extremitas ianue super quā circūgiratur : sic partes extreme terre versus partes celi dicuntur cardines:qz vr̄ q̄ celum sit mixtum partibus extremis terre. Et sic dicuntur. 4. cardines. 4. pūcta oppositа celi super planiciem terre habitabilis. s. oꝛiens occidens meridies ⁊ septentrio. (Fueris dissipatus). i. valde dispersus. dicitur hoc qz difficilius videtur colligere aliquos de multis pplīs ad vnum locuꝫ q̄z existentes congregatos in vno loco transducere ad alium locum:sed deo nihil magis sic q̄z sic impossibile est cum infinite potentie sit que non distinguit magnum ⁊ paruum. (Et assumet atq; introducet.) Ista locutio est ac si deus esset vt vir : ⁊ poneret populum iudaicum super humeros suos ⁊ poꝛtaret: ⁊ tunc diceretur assumere eos q̄si acciperet ⁊ poneret super humeros suos ⁊ poꝛtaret: ⁊ postea introduceret. s. postq̄z poꝛtaret p totā viā sup hūeros accedēs ad trā suam introduceret eos: ⁊ est iste modus metaphoze vsitatus in sacra scriptura:sic pꝫ Exo. 19. c. s. vos vidistiꝭ qd feceri egyptiꝭ

Diuisio eiusdem.

Oīum peccatoꝝ relaxatio.

Qō. 1. A

Sermo qd significat.

Locutio metaphoꝛica.

Impꝛobatō expositōis.

ꝛ qūo portauerim vos sup alas aglarū ꝛ.j.32.c.dr circūdurit eum ꝛ docuit ꝛ custodiuit sicut pupillā oculi sui sicut agla ꝓuocans pullos suos ad volandū: ꝛ sup eos volitans.expandit alas
† suas atq; portauit eos ꝛ assumpsit in humeris suis.(In terram
† quā possederunt pres tui.)Qui fuerunt in ea anteq̄ fieret istud peccatū pp qō nunc expulsus es de ea.(Et obtinebis eam).i.tenebis eā pacifice:q̄si dr.nō solum te introducet: sed ēt faciet te firmiter manere in ea si ꝓmanseris in iustitia eius sicut ꝓmanserunt patres tui qui eā ante te tenuerunt.(Benedicens tibi).i.
† multiplicans te tam in rebus possessis q̄ in filijs.(Et faciet te maioris numeri q̄ fuerunt pres tui.)Qr q̄ deus aliquē puniuit ꝛ post ad bonū restituit:maiora bona ei dedit vt in hoc pateat dei magnificentia ꝛ benignitas: sic̄ patuit in punitiōe iob: qr ꝓdidit dia deinde restituta sunt duplicia vt pz Job.vltimo.
† c.(Circuncidet dns cor tuum.)Tollendo malas cogitationes ꝛ occasiones peccandi ne iterū cadas: ꝛ sic est deterius q̄ primo.
† (Et cor seminis tui).i.filioꝝ tuoꝝ vt ipsi ēt non pecent ꝰ me.Et possis viuere amando deū: ꝛ custodiendo mādata eius dabat
† vita israelitis: alias hostes ꝛ pestilentie eos ꝛsumebāt.(Omnes
B maledictiones has cōuertet sup ınimicos tuos).s.si ꝓsecuti fuerint te postq̄ ad me ꝛuersus fueris:gentiles aūt qñ persequebant iudeos si deū offensum sibi bēbant adiuuabant a dño ad punitionē iudeoꝝ:qr tūc erant mistri dei vt pz de chaldeis quos deus ꝰ iudeos suscitauit vt captiuarent eos vt pz Abacuc.1.c. ꝛ dr in eodē.c.de nabuchodonosor dne in iudiciū posuisti eū: ꝛ fortem vt corripes fundasti eu.i.ideo fecisti nabuchodonosor esse fortē ꝛ victorem belloꝝ vt corriperet iudeos: cuꝫ aūt iudei ꝛuersi erant ꝛ alique gentes ꝓsequebant eos deus dabat istas maledictiones sup hostes: vt pz de assyrijs vel niniuitis qō idē est qui vndecim tribus malo aīo ꝛ magiscē derent afflixerunt ꝛ ꝓsecuti sunt regem ezechiā vt pz.4.reg.17.c.ideo post babylonij ꝺleuerūt eos vt pz Naū.1.2.et.3.c.ꝛ ēt babylonij qr supra modū iudeos afflixerunt a persis: ꝛ medis per regem cyrum ꝛ darium deleti sunt vt pz Abacuc.2.et.3.c.hoc pz etiā in narratione quā fecit achior princeps filioꝝ amō ad holofernē ꝓncipē militie nabuchodonosor.de qua iudith.3.c.s.q̄ si iudei peccauissent ꝰ dñm q̄ deus dabat vires hostib⁹ suis vt expugnarent eos:si aūt ipsi recte deū colerent dabat eis deus vires ꝛ ꝓualebant aduersus hostes suos cū dr:quotiēscūq; autem ꝑter deū suū alterū coluerunt dati sunt in ꝓdaꝫ ꝛ in gladium ꝛ in obprobriuꝫ:quotiēscūq; aūt penituerint se recessisse a cultura dei sui dedit eis deus celi potentiā resistēdi ꝛ.j.dr nūc g̃ meus dne pergre si est aliqua iniqtas eorū in ꝺspectu dei eoꝝ ascendamus ad illos quoniā tradens tradet illos deus eorum tibi: ꝛ subiugati erunt sub iugo potentie tue:si aūt nō est offensio ppli huius cora deo suo nō poterimus illis resistere qñ deus eoruꝫ
† defendet illos ꝛ erimus in obprobriū vniuerse terre.(Et eos q̄ oderunt te ꝓsequeē.)Hostes iudeoꝝ oderant eos ꝛ cū iudei nō
L offenderant deū ꝓsequebaē deus hostes eoꝝ:sicut pz in oibus bellis qui ipsi gesserunt ꝰ gentes in q̄bus nō offenderant deū.
† (Tu aūt reuerteris).s.in terrā tuā:qr hic loquiē de tpe quo eēnt in captiuitate si ꝛuerterenē ad dñm deus miserebaē eoꝝ: ꝛ pcutiebat hostes qui eos detinebant:eosq; in terrā suam redire faciebat:sicut fuit cū iudei existentes in egypto coluissent idola ꝛ reges egypti ꝓsequerenē eos ipsi ꝛuersi sunt ad dñm: ꝛ audiuit gemitū eoꝝ atq; inuitis egyptijs fecit eos exire de terra eoruꝫ.
† (Et audies vocē dñi dei tui).s.in terra tua q̄si dr.antea cuꝫ stabas in terra tua nō audiuisti vocē dñi dei tui peccans ꝰ euꝫ:ió expulit te in nationes exterorū: nunc vero qr penitet te fecisse reducet te in terrā de qua eductus es: ꝛ ibi iā correctus audies
† eris vocē eius obediendo in oib⁹.(Faciesq; vniuersa mandata q̄ ego ꝓcipio tibi.)Hoc nō tenē hic imperatiue:sed demonstratiue.s.aliqd de futuro enunciando sic vel sic fore: nō.n.mādat hic deus q̄ hebrei reuersi de captiuitatibus audiant vocē eius q̄si spāliter tunc audienda foret:sed loquiē ꝓnunciando.s.q̄ sic erit q̄ hebrei redeuntes de captiuitatib⁹ ita castigati erunt ꝓcedentibus afflictionibus vexatione dante intellectū q̄ iam non
† redibunt ad ꝑtinas culpas:sed audient ꝓcepta dei ea opere cōplentes.(Et abundare te faciet dns.)Sicut ad mala opa sequiē punitio ita ad bona sequiē remuneratio.Et qr cū rediret ppls hebreoꝝ de captiuitatibus veniret correctus vt hic dr: ꝛ faceret ea q̄ deus mādaret ponunē hic bona q̄ ei euenirent pp istaꝫ ꝓceptoꝝ cōpletionē: ꝛ qr iudei erant viri carnales sola q̄ corpis sunt desiderantes ꝓmittebat eis deus bona tpalia: ꝛ hec sunt q̄ faceret eos abundantes in oibus bonis que manibus suis ꝓcurarent.s.in oibus negocijs que tractarent siue ptinerent ad ma-

Judei erāt viri carnales.

nualē expeditionē siue: alīs si tñ voluerimus strictius loq scōm q̄ cōiter accipiunē opera manuū possumus dicere.(In cunctis † operibus manuū tuarum).i.in agricultura ꝛ negociatione.(In † sobole vteri tui.)Quia venientes de captiuitate multū generabant deo hec donante vt cōpleret numerus ꝺsumptoꝝ in preteritis cladibus: ꝛ vt sint in maiori numero vt supra dictū fuit.
(Et in fructu iumentoꝝ tuoꝝ).i.q̄ ēt iumenta tua multū generēt † vt diues efficiaris.Et vocanē filij fructus bois vel iumenti:qr fructus est id qō de re ꝓuenit vltra sūbam rei:filius aūt ꝓuenit a gignētibus nihil pdito de suba gignentiuꝫ.(Reuertetur.n. † dns vt gaudeat.)Dicit deus reuerti:qr ante gaudebat inflictis istis pro peccatis suis:nunc aūt gaudet in bonis que eis dedit pp contritionez suā:a principio deus gaudebat in israelitis faciendo eis bona ꝛ hoc qr ꝓmiser at eis: ꝛ hoc ꝺueniebat sue veritati:qr tñ iste promissiones ꝛ dessiones erant conditionales cessante isto statu eoꝝ in bono delectabat in delendo eos atq; multipliciter tribulando pp facinora sua: qr ēt hoc cōueniebat sue iustitie deinde ipsi puniti ꝺuertebant ad dñm custodientes ꝓcepta eius: ꝛ tunc deus reuertebat ad gaudendū in bñfaciendo eis:hoc pz ꝓceden.c. ꝛ hic cum dr: ꝛ sicut ante letatus est dns sup vos bene vobis faciēs vosq; multiplicans sic letabitur dr sperdens vos atq; subuertens vt auferamini de terra:hic aūt ponit iterum de gaudio dei in benefaciendo eis ꝺuersis cū dr reuertetur dns vt gaudeat sup te:qualiter aūt deus gaudeat.s. 28.c.dictū fuit.(Sup te in oibus bonis).i.vt gaudeat in oibus †
bonis q̄ tibi insunt q̄ ipse facit.(Sicut gauisus est in patribus † tuis.)Patres istoꝝ.s.antiq patriarche fuerunt boni: ideo dicebat gaudere deus ꝺferendo eis bona:sic aūt erit in istis:qr patres suos in bonis imitari volunt: ꝛ sicut gaudebat deus ante in istis ordinando deordinationē culpe per ordinationē pene: ita nunc gaudet ordinando meritū per ꝺueniens premiuꝫ.(Si † tñ audieris vocem dñi.)Omnia intelligunē cū ista conditione: qr lz alicui bona promittant nulla ꝺditione apposita:intelligiē semper si bonus fuerit aut si māserit in statu in quo nunc est.

Qō.2 A Quō ḃ lra stare pōt. Rñsio.

¶Sed queres quō hoc posset stare: qr supra deus dixerat pre nunciando iudeis redeuntibus de terra captiuitatuꝫ suarū:reuerteris ꝛ audies vocē dñi dei tui: ꝛ facies vniuersa mandata que ego ꝓcipio tibi.i.q̄ sic certe esset q̄ redeuntes ipsi de captiuitate audirent vocem dñi ꝛ custodirent mandata eius:quo q̄ deus dicit ḃ q̄ bñfaciet eis si custodierint mādata eius.¶Respondeē q̄ deus sciebat q̄ qñ hebrei venirent de aliqua captiuitate imediate futuri erāt boni:qr castigati erant magnis afflictionib⁹ quas tolerauerant.Et ista bonitas esset in eis quādiu memoria afflictionū preteritarū duraret:cum vero transeuntibus temporū successionibus aboleret malorū preteritorū memoria ꝺtingebat eos decidere in malū: ꝛ tunc redibant sup eos pristine afflictiones:si aūt sic nō esset postq̄ semel de aliqua captiuitate vel afflictione semel liberati fuissent nunq̄ peccarent: sed falsum esse notissimum est cum sepe captiuati fuerunt : ꝛ in varias inciderint calamitates:quantū g̃ ad ꝺuersiones ad bonum ꝛ custodiam ꝓceptoꝝ quā faceret ppls hebreorū imediate vt veniret de captiuitate intelligiē primū qō erat per modum prenūciationis.s.reuerteris ꝛ audies vocem dñi dei tui:qr hoc certum erat:quātum ad scōm erat hoc qō hic dr.s.si tñ audieris vocem dñi dei tui:qr lz in principio boni essent pp recentē memoriā afflictionum:tñ postea non erat certū:ideo ponit cōditionaliter.s.si tñ audieris:poterat aūt aliter dici q̄ lz certū eēt q̄ boni futuri essent post reditū de captiuitatibus tñ ponit hic istud ꝺditionaliter:qr semp ꝓmissa dei intelligunē ꝺditionali circa talia:vnde lz certum sit talr aut taliter futurū esse:tñ si possibile esset aut si ꝺtingeret hunc malum fieri nō faceret ei deus ista bona que hic dñr:sicut dicimus de ꝑdestinatis q̄ certuꝫ est eos q̄ ꝑdestinati sunt bonos futuros ꝛ beatificandos:si tñ posset vllo mō dari q̄ ille qui ꝑdestinatus est ꝛ nō finiret in bono dareē q̄ non beatificareē: ꝛ sic esset sua beatificatio conditionalis:sed prima expositio rōnabilior est ꝛ cōuenientior littere.
(Si audieris vocem dñi dei tui.)Obediendo illi proponendo † vt facias que dñr.(Et custodieris precepta eius).s.q̄ non soluꝫ † facere proponas:sed etiam cum oportunuꝫ fuerit actualiter facias:precepta vocanē hic oia precepta moralia que sunt precepta decalogi ꝛ ꝓcepta iudicialia.(Et cerimonias que in hac lege ꝺscripta sunt.)Uocanē cerimonie ꝓcepta cerimonialia que ptinent ad spālem cultū dei:qr in eis detminat modus colendi deū.(Que in hac lege ꝺscripta sunt).i.ꝓcepta moralia ꝛ cerimonialia sunt scripta in hac lege.s.in ḃ Deuteronomio:qui est lex scōa: ꝛ non solū sunt ꝓcepta ḃ scripta:sed ēt in lege vlla q̄ est in

Semper dei ꝓmissa cōditiōaliter intelligūtur.

oreb.

restabat ergo obtinenda terra vltra iordanē. (Et ait dominus ad moysen.) Hic ponit fm p̄ncipale. s. ducis īstituti ōfirmatio ꝛ tāgunt duo. ¶ Primo p̄dicta ducis confirmatio. ¶ Scōo legis conseruatio ibi. (Postq̄ ḡ ecce ꝓpe sunt dies mortis tue.) Qz in eodē die mortuus est: iō idiges successore: ꝛ lz verꝫ sit q̄ in eadē die mortuus ē. s. in die qua loquebat ista moyses: tn̄ non fuit mortuus in eadē die in qua ista dicta sunt ei a deo. Nā dō dixit ei ista aligbus diebus ante vt adduceret iosue cozaꝫ toto populo: ꝛ cōfirmaret eū in ducē: ꝛ post hec moyses cozaꝫ toto populo recitauit oīa verba legis hui⁹ cozā toto populo: ꝛ si moyses nō recitauit ista in vna die cozā ppl̄o necesse est vt aligbus diebus ante mortē suā dictū fuerit ei ꝓpe sunt dies mortiꝭ tue. (Uoca iosue.) Lz sciret moyses q̄ alius sibi successurus erat: ne sciebat tn̄ qs esset nec ipse audiebat aligd legere: qz hoc altissimū negociū erat: iō dixit deo ꝓuideat oīs deus spūm oīs carnis hoiez q̄ sit sup multitudinē hāc vt pz nu. 27.c. vt ḡ certe pateret q̄ iosue erat verus p̄nceps multitudinis: nec hērent locuꝫ repugnādi p̄cepto eius deus p se cōfirmauit eū. (Et state in tabernaculo testimonij). i. añ ostiū tabernaculi: qz non licebat alicui nisi sacerdotibus ītroire tabernaculū federis. Iosue aūt nō erat sacerdos sed de tribu efraim vt pz nu. 13.c. Itē qz colūna nubis in qua dn̄s apparebat descēdebat sup ostiū tabernaculi vt pz. j. quā nō viderent si intrarēt in tabernaculū. (Ut p̄cipiaꝫ ei). i. vt mādem ei aliqua q̄ facturus est: ꝛ vt cozroborē. (Et apparuit ibi dn̄s in columna nubis.) Ad manifestādū cozam toto populo q̄ ꝓcul stans respiciebat q̄ acceptaret iosue in ducē: ꝛ dicebat ista columna nubis apparere: qz ipsa semp stabat eleuata sup tabernaculū testimonij: ꝛ aliq̄n deꝓmebatur vsq̄ ad ostiū tabernaculi: ꝛ ibi audiebat dn̄s loquēs: ꝛ nubes magno fulgore cozruscans demīrabat deū ibi spāliter adesse: vt diximus nu. 14.c. (Ecce tu dormies cū patribus tuis). i. morieris sicut mortuus est pz̄ tuus ꝛ oēs p̄decessores eius: vel dō dormies cū pzib⁹ tuis. i. applicaberis ad populū tuū: erat populus moysi tot⁹ populuꝫ bonoꝝ exn̄tium in sinu abraam: vbi tunc ad tps manebāt vsq̄quo trāsferrētur ad illā pfectā requiem paradisi. nā in paradiso tūc nullus bonus aut malus stabat: qz nō fuerat solutum p̄cium redēptionis. moyses aūt fuit applicatus ad hūc ppl̄z suū. s. bonoꝝ exn̄tiū in limbo: qz de bonis dō applicatus est ad ppl̄z suum. de malis aūt numq̄ dō: moyses autē valde bonus erat: iō cōuenienter de eo dōm erat q̄ dormiet cuꝫ pzibus suis: siue q̄ applicaret ad pplm suū. (Et populus iste). i. filij eoꝝ: qz illi q̄ tūc viuebāt nō legunt coluisse idola: sed post successoꝛes eoꝝ. (Fornicabit post deos alienos.) Sicut mulier q̄ deserto viri thoro alteri viro copulat: fornicari dō iste ppl̄s iste q̄ p fidem datā de seruādo legē dei vero cultu astrictus erat q̄n trāsibat ad cultuꝫ idoloꝝ fornicari dicebat. (Ibi derelinquet me.) Nolēs seq̄ viaꝫ mādatoꝝ meoruꝫ. (Et irritū faciet fedus). i. adnihilabit pactum meū. s. qz mecū pepigit q̄ seruaret legē meā: ꝛ q̄ ego bñfacerē sibi: nunc dimissa lege factū est pactū irritū: qz nō obseruat. (Et abscondā faciem meā ab eo.) Subtrahēdo meā ꝓtectionē: ꝛ relinquēdo eum in manibus hostium: ꝛ tūc ēt si clamauerit dolorem sustinēs abscondā faciem meā. i. dissimula me videre. (Et erit i deuocationē). i. imagnā destructionē hostiū: qz q̄ deuocatur totū cōsumit. (Ita vt dicat i illo die ne: qz nō ē dn̄s mecū.) Solet enim veratio dare intellectū: cū ḡ isti videbant se in afflictionibus cognoscebāt se peccasse ꝛ cōuertebant ad dn̄m vt pz ps. 77. cū occideret eos q̄rebant eum: ꝛ hoc solū intelligit ō bis quos deus ad bonū pordinauit: qz illis oīa cooperantur in bonū: qz fm ꝓpositū vocati sunt sancti vt pz ad ro. 9.c. illi tn̄ q̄ maligni sunt: ēt q̄n a dn̄o castigātur nō cozriguntur: sed deteriorātur vel desperant. sic dicebat deus iudeis ante captiuitatē babylonicā q̄ p multas tribulationes cozrecti nō fuerant. (Super quo pcutiam te). i. ad qd te pcutiā: qz pcussa nō cozrigeris vt patet Ysaie p̄mo. c. (Uere qz dn̄s nō est mecū). s. p spālem cōseruationē: nec ego cū eo p spālem cultū. (Inuenerunt me hic mala.) Que scripta sunt. ō. 28.c. nūc scribite vobis cāticū istud qō hz c. sequēti. s. audite celi. (Ut memoriter teneāt ꝛ ore decantent.) Hoc ad duo ꝓficiebat. Primū qz p decātationē penaꝝ infligē daꝝ ꝓ idolatria aliq̄ cauerent idolatriā. ¶ Scōm qz si cōmitterēt tale pctū ꝛ post punirent: scirēt q̄ deus odabat istas punitiones vt testat cāticū. Et hoc valde bonū erat: qz nisi p̄dicerētur eis pene ꝓ illo facinore: tn̄ postea punirētur possent cogitare q̄ iste pene nāliter vel a casu eis veniebant: ꝛ nō a deo spāliter infligēte: sicut philistin q̄ puniti fuerūt a deo in posterib⁹ ꝓp arcā dn̄i quē detinebāt: dicebāt q̄ forte vēiebat hoc nāliter ad hoc fecerūt expimētū de bobus fetis vt pz. 1. reg. 6.c. (Ut sit mihi carmē istud in testimoniū ō filios israel.) Qz qn̄ ꝓ iniqtatibus suis puniuero eos: nō poterūt allegare q̄ nō p̄monui eos (Lūq̄ comederint ꝛ saturati fuerint.) Abūdantia rer cozextollit: ꝛ beneficioꝝ immemores facit vt patet de picerna pharaonis qui succedentibus ꝓsperis oblitus fuit ioseph conectoris sui: vt bz gen. c. 40. obliuio āt bñficioꝝ dei facit nō obseruare mādata ei⁹. (Detrabētes mihi). i. tollētes laudē meā: qz pl⁹ deos suos q̄z me laudabūt. (Et irritū faciēt pactū meū). s. pactuꝫ qō mecū pepigerūt. nā lz eēt vnū pactū hic: qz due ptes ad idez cōueniebāt: tn̄ qlibet ps ꝓmittebat alteri aliqd ispāle erāt q̄si duo pacta. hñr āt ista duo Exo. 19.c. vbi de⁹ ꝓmittebat israelitis q̄ accipet eos in pplm dicēs: vos ipsi vidistis qd fecerī egyptijs: ꝛ qūo portauerim vos sup alas aquaꝝ: ꝛ assūpseriꝫ mihi. si ḡ audieritis vocē meā ꝛ custodieritis pactū meū eritis mihi in peculiū de cūctis pplis: mea ē. n. oīs terra: ꝛ vos eritis mihi ī regnū sacerdotale ꝛ gēs scā. Pactū āt ex pte filioꝝ israel erat: vt ipsi audirēt vocē dn̄i obedientes oībus mādatis eius vt pz exo. 19.c. cū dō cūcta q̄ locutus ē dn̄s faciem⁹: ꝛ postea Exo. 20.c. data fuerūt p̄cepta ꝛ recepta a toto pplō in qb⁹ p̄ncipalr cauebat q̄ nō colerēt deos alienos. cū ḡ colerēt deos alienos infringebāt pactū dei. s. qō fecerāt cū deo nō qdē pactū dei. i. pactū qō fecerat cū eis deuꝫ. nā imo latū manebat: qz lz deus non faceret eis sicut ꝓmiserat. s. vt bz̄et eos in peculiū de cūctis gētib⁹ ꝛ ī regnū sacerdotale ꝛ gēs sanctā: nō tn̄ faciebat ō pactū suū ifrī gēdo illud: qz ꝓmissio sua dō cōditionalr. s. si audieritis vocem meā ꝛ custodieritis pactū meū ꝛc. postq̄z iuenerit eū mala multa ꝛ afflictiones. i. postq̄z pactū meū infregerit pplꝫ iste iueniēt multa mala. s. multe pene q̄ posite sunt. ō. 28.c. ꝛ Leui. 26. ꝛ affligēt eū vehemēter: ꝛ tūc fiet qō legtur in lra. s. (Rñdebit ei cāticum istud ꝓ testimonio). i. q̄ cū ipsi ista mala patient ꝓ suis iniqtatibus: q̄rent q̄re talia patiant: ꝛ tūc rñdebit eis istud cantiū in quo dō q̄ ipsi facerēt mala cōuertēdo se ad deos alienos: ꝛ de⁹ verus puniret eos. (Pro testimōio). i. erit eis in testimoniū istō cāticū qō ego ꝓmonuerim eos ne facerēt ista: ꝛ q̄ ꝑdixeriꝫ eis q̄ mala agerēt ꝛ mala eis supuenirēt. (Qō nulla ōlebit oblinio ex ore semis tui.) Uel qz de⁹ sic volebat q̄ nunq̄z carmen istud obliuiscerētur: vel qz multotiēs punirentur a deo pp iniqtates suas: ꝛ sic necesse erat recozdari cāticī huius qō testificat mala contra eos. (Scio enim cogitationes eius.) idest scio q̄ cogitationes eius in malum ꝓne sunt: non dicebat de cogitationibus quas tūc bēbat populus: qz nō erāt ad malum: sed de eis q̄s post habituri eēnt: vel logt de iclinatione eoꝝ q̄ semp erat ad malū. (Que facturus sit hodie.) Istud relatiuū q̄ nō refert ad cogitatiōes: ita q̄ dicat ego scio cogitatiōes quaꝫ hodie anteq̄z introducā eū in terrā quā ꝓmisi facturus sit: qz tūc cū ista lra de pēdeat a supiozi: ꝛ supioꝛ tēdat ī malū oporteret itelligi q̄ de⁹ sciebat cogitatiōes malas q̄s iste pplꝰ bēbat: ꝛ positur⁹ erat eaꝫ ī executiōe anteq̄z itraret in terrā chanaan. Sed hꝰ falsum erat: qz non erat facturus pplꝰ aliq̄ mala anteq̄z itraret in terrā chanaan. nā si facturus fuisset feciss̄et cū ea q̄ sciant fm certitudinē scie dei sic ī dubitato eueniāt. Sz dz hic itelligi ꝺiunctio copulatiua: ꝛ est sensus: cogitationes tuas. s. ad qd iclinatus sis: ꝛ scio qd facturus sis hodie anteq̄z ingredieris in terrā transꝫ iordanē: ꝛ istud fm dcn̄ est ꝺfirmatiuū ꝓ dzis: qz dicebat. ō. q̄ israelite peccarēt ō dn̄m: ꝛ multa mala venirēt sup eos hoc ꝺfirmat: qz deus scit futura remota cū dō scio cogitatiōes suas. s. scio q̄les sunt cogitatiōes tue. s. quātū ad ea q̄ postea facies: hoc itez ꝺfirmat cū dicit. (Que factur⁹ sit hodie). i. ēt scio id qō factur⁹ sit hodie añq̄z trāseat ī terrā quā pollicitus sum: ꝛ dō facturuꝫ hodie nō p ipsa die solū: sed ꝓ toto tpe itermedio anteq̄z trāsirēt ior danē. nā nō trāsierunt illuc añ vnū mēsem cū plāxerūt moysen dieb⁹. 30. vt pz. j. vlt. c. ꝛ post mortē moysi aligbuꝫ dieb⁹ stetert: qz iosue p̄mo. c. dō q̄ post mortē moysi locutus fuit deus ad iosue vt trāsiret iordanē: ꝛ tūc missis explozatoribuꝫ añ trāsierūt vt pz iosue. 2. c. (Scripsit ḡ moyses cāticū). Et illud de⁹ cōposuit ꝛ moyses. (Et docuit filios israel.) Recitādo cozā eiꝫ: ꝛ dādo eiꝫ q̄ scriberēt: ꝛ apud se reseruarēt. (Cōfortare ꝛ esto robustus.) Ista erāt vba significatiua ꝛ effectiua: qz p ista vba dabat ei fortitudinē ō oīa terribilia: ꝛ in hꝰ dzunt vba dei a vbis nr̄is: qz vba nr̄a solū signāt: vba āt dei efficiūt: q̄ qūo figurāt q̄n vbo dn̄i celi firmati sūt: ꝛ spū oīs eius oīs virt⁹ eoꝝ vt pz ps. 32. (Tu. n. introduces filios israel.) Per ista verba totaliter fuit certificatus ioseph: qz ab ipso deo ꝛmediate ea audiuit.

¶ (Postq̄z ergo.) Hic describit fm. s. legis date a leuitis cōseruatio. (Precepit leuitis q̄ portabāt arcā.) Nō sūt isti leuite capite: lz ipsi portarēt arcā: qz ipsi nō poterāt accedere ad arcam discoopertam

De bonis dō applicatis ē ad populū suū ꝛ non de malis.

Moyses valde bonus erat.

Rex abū dātia cozextollit.

Lre expositio.

Legis data a leuitis cōseruatio.

discooptam:nec eam discooperire ad ponendum intus librum. opz ergo q intelligat de sacerdotibus de quibus.ē.dixit q portabant arcā.i.qz eaz velabant ⁊ tradebant caathitis ad portādū. (Et ponite eū in latere arce).s.extra arcā federis:sed ꝓminebāt quedā tabule extra eam que erant cōiuncte ipsi facientes quēdam sinum in quo recōditus fuit liber legis:⁊ in hoc sinu stabat vna aurea hās vnū gomor de māna vt ꝓceperat dās Exō. 16.c.erat ēt virga aaron q frōduerat quā mandauerat deus reponi ante se vt pz Nu.17.c. hec oīa dicit apls fuisse in arca vt pz ad hebre.9.c.sed.2.Paralip.5.ca.dz q in arca solū erāt tabule quas posuit moyses in oreb:soluit q apls vocat arcā ipsaz arcā ⁊ sinū exteriorē siue latus: in Parali.vocat arca solū pars arce sine sinu exteriori:⁊ tunc pz vtrunq. (Ut sit tibi hec scriptura in testimoniū.)Ut si forte negaret aliqs aliqō ꝓceptū esse datū a deo posset ꝓbari p illud instrm publicū ⁊ custoditū in thesauro dei: vel si forte in libris q extraberent ⁊ scriberentur post aliqs aliqd supadderet vel diminueret:siue alio modo scriberet q̄ est:hēret liber exēplaris a quo veritas manifeste cognosci posset:ēt si de alijs libris dubitaret:iō mādat.ē.17.c. q reges facerent scribi deuteronomiū vt legerent in eo:⁊ peterent exēplar a leuitis.s.istud qō scripsit moyses tanq̄ verissimū. ¶Ista.n.fuit cā q̄re ꝓcepta in tabulis reposita sunt in arca.s.qz postea aliqs volens ꝓteruire posset negare de aliquo mādato datū fuisse a deo:cū aūt ꝓferrent tabule pateret māda tum illud fuisse datū a deo:maxime qz scriptura taliter in tabulis sculpta erat q pateret non potuisse illud humano ope fieri. ¶Sed dices q nō manerent iste tabule in certissimo testimonio:qz aliqs posset subripe eas de arca:⁊ sic nō māeret eis vlla fides. ¶Rñr q aut ille q volebat istas tabulas subripe erat de pplaribus aut erat de leuitis aut sacerdotib⁹:si āt eē de pplaribus nō poterat accedēr ad eas vel apire arcā qn mouereť.nā ex hoc solo q bethsamite viderūt eā nudā mortui sui sunt.70. milia de eis vt pz.1.Re.6.c. ¶Itē nō poterāt hoc facere dato q vellēt:qz cū erat tabernaculū in deserto erāt oēs leuite excubātes in circuitu eius ne qs extraneꝰ accederet:⁊ si aliqs extraneus volebat accedere nesciētibus aut nō potētibus leuitis occurrere moriebaťvt pz Nu.1.c.s.figs externoz accesserit occidetur:si āt leuite ꝓmitterēt eū accedere moriebanť vt pz.Nu.18.c.s.tu ⁊ domus pris tui portabitis iniqtatē sanctuarij.i.si fuerit ſcā aliqua iniqtas i accedēdo ad sanctuariū:qz alienigene q nō sunt ō gñe leuitico ex negligētia vīa accedūt aut ex ꝺsensu erit ista iniqtas sup vos ⁊ sup totā domū patris tui:⁊ maxime pz ḃ er sequēti lra in eodē.c.cū aūt erat arca cū tabulis in terra chanaan in tēplo erāt positi ianitores custodiētes tēplū ne cui fas eēt ad res sacras accedere:⁊ erāt.4.milia ianitoz de leuitis vt pz.1.Parali.c.26.nō igit posset aliqs exīneus accedēr ad arcā: si aūt ille q accedere vellet esset leuita nō posset accedere:qz immediate vt videret arcā morereť.Et nō solū arcam:sed ēt qōlibet de supellectilib⁹ tabernaculi sic dī Nu.4.c.q leuite caathite q portabāt in humeris supellectilia sanctuarij nō intrarent ad videndū quo sacerdotes velabant ista.nā si aliqua eoz nuda viderēt morerent: quātomagis arcā q̄ erit aliqd maximuz inter oīa vtēsilia sanctuarij idē pz Nu.18.c.cū dī ⁊ excubabūt leuite ad ꝓcepta tua ad cūcta opa tabernaculi ita dūtaxat vt ad vasa sanctuarij ⁊ altare nō accedant ⁊ illi moriātur ⁊ vos peatis simul.si aūt essent sacerdotes nō poterāt ēt ḃ facere:qz aut ille erat sacerdos magnus:aut minores sacerdotes si essent minores sacerdotes nō poterāt accedere ad arcā:nec intrare i sancta scōzum.solus.n.sacerdos magnus itrare poterat in sctā sanctoz vt pz ad hebre.9.nisi forte cū in deserto erant:⁊ deponēdū esset tabernaculū:qz tūc filij aaron.s.sacerdotes minores intrabāt cū sacerdote maiore ⁊ deponebāt oīa:⁊ tegebāt arcā ceteraq; vtensilia vt pz Nu.4.c.si āt eēt sacerdos magnus ēt nō poterat intrare ad tollendū:qz solū semel in āno poterat sacerdos magnus introire in sctā sanctoz vt pz ad hebre.9.c. ⁊ hoc erat in festo ꝓpiationis vt pz Leui.16.c.g in alijs diebus si intraret morereť:in illa aūt die nō poterat accipe tabulaz de arca:qz ipse intrabat cū magno timore ne si in aliquo deliqueret deus eū occideret:si igit tā scelerata sacere ꝓsumeret vt manibus nephariis arcam apire vellet ad extrabēdas inde tabulaz: atq; furtim tollēdas deus eū imediate occideret:manerēt g tabule hoc mō in testimoniū in arca sicut deuz dixerat Exo.25.c. solum igit poterant extrabi tabule p aliquē bonū virum q bono zelo cōmotus:qz videret negari aliqō ꝓceptū legis vt ꝓbationis copia bēretur educere vellet tabulas de arca: ⁊ iste siue leuitā siue sacerdos esset siue de populo nullū malū sustineret:

Qō.4 A Precepta hec qr i tabulis reposita sť i arca.

An tabule ⁊ cetera q̄ erāt in arca possit furtiz capi ō arca.

B

qō aūt de tabulis dixim⁹ de deuteronomio erīte in latere arce dōm est:qz ad hoc q acciperet ille deuteronomius oportebat ītrare i sctā sanctoz ⁊ accedē ad arcā atq; apir:ad qō eadē incōuenientia sequunť q̄ ad tabularz eductionē.de hiz quoq; dixim⁹ Exo.20.c.(Ego scio ꝺtentionē tuā ⁊ ceruicē durissimā.) q.d.qz tu es cōtumax ⁊ inobediens mādatis meis posses negare de aliquo mādato dicens q nunq̄ tibi fuisset datū:iō sic iste liber in testimoniū ꝺ te.(Semp cōtentiose egisti ꝺ dñm.) Non credēs verbis eius vt pz p totum exodū ⁊ librū numeroz:⁊ sic dixit isti populo.ē.9.c.ppls dure ceruicis es a die qua nosse te cepi.(Quanto magis cū mortuus fuero.)Valet ōña:qz moyses erat vir vite altissime in familiaritate magna dei ad cuius prces deus oīa faciebat:⁊ in magna reuerentia ⁊ timore a populo hēbať:ēt qz totus ppli ꝓceps erat vt pz Exo.18.c.si q̄ ꝓpti more ⁊ reuerentiā isti⁹ nō euitabant mala quāto magis cū non hēbant eū corrigētez. (Cōgregate ad deum oēs maiores natu.) Ante deū congregabanť.i.ante sanctuariū in quo deus erat spāli mō hic mandat cōgregari:qz forte qñ moyses iuit cū iosue añ deū reliquus ppls redijt in tentoria sua: mādauit g q ītez congregarenť ad audiendū verba cantici huius:vel si velis tenere q iste liber fuit scriptꝰ postq̄ fuit pplō annūciatus dices q factis oībus supioribus cōmonitionibus ad quas ppls totus interfuit scripsit moyses librū hunc ⁊ interim redijt ppls ad tēdoria:deinde dato libro leuitis mādauit totū pplm cōuocari vt verba cantici audiret.(Maiores natu).i.seniores.(Per tribꝰ vīas.)ita q seniores de qualibet tribu venirent ad audiendū; ⁊ glibet in ordine tribus siue ne venirent mixtim.(Atq; doctores).i.illi q sapientiores erant inter eos:⁊ nō solū vocari mandauit istos:sed ēt totuz pplm:qz vt pz in fine.c.ista verba cātici dixit moyses audiente toto populo:sed vocanť hic spāliter seniores ⁊ doctores:qz isti magis coniuncti erant moysi vt magis attēderēt ⁊ intelligerent verba cantici:iō de istis dī cōgregate ad me maiores natu:vel forte noiant isti soli qz sub noīe dignioz psonaz in ciuitate intelligunť oēs minores.(Et invocabo ꝺ eos celum ⁊ terrā).s.vt sint testes istoz q̄ dico ꝺ eos:iō dicit in ꝓncipio cātici.(Audite celi).(noui enim q post mortē meā iniq̄ agetis.)Cognouit.n.hoc moyses dño reuelante ei. (Et occurrent vobis mala in extremo tpe).i.nō nunc imediate: qz nō coletis nunc idola sed ꝓtransitis aliquot annis:nam in toto tpe iosue:⁊ post eum in tpe aliquoz senioz iudicantium non coluerunt idola vt pz Judi.2.c.sed post coluerunt tpe quo suscitatus fuit in iudice baioth vt pz Judi.3.c.vocat hic tps extremū nō illud qō in oībus tpibus finale est:sed qz distans:⁊ sic vocātur dies nouissimi nō qui totaliter vltimi sunt sz qui distātes sunt: sic hz geñ.49.c.vbi dixit iacob q volebat annunciare filijs suiz q̄ ventura erant in nouissimis diebus:⁊ tū multa de his que ip se ibi dixit nō p multos annos post cōpleta fuerunt.s. q iudas regnaret:⁊ q de stirpe ioseph ēt reges pullularēt:qz ista tpe dō ⁊ ieroboā cōpleta sunt.(Qñ fecerītis malū.)Deus dat penam ꝓculpa:iō nunq̄ dat penā ante culpā:sz in dando ꝓma non sic se hz:qz interdū dat ꝓmia ante merita:qz est ꝓmptus ad bñfaciendum:infligere autem penas videtur esse ꝺ naturam eius: sed iudei non erant peccaturi nunc:sed in extremo tempore: ideo non tunc sed in extremo tpe quando malum facerent puniēdi erāt.(In cōspectu dñi).i.vidente dño qui oīa bona vel mala videt:qñ in oī loco oculi dñi cōtēplāť bonos ⁊ malos vt pz ꝓuer.15.c.vel dī.(In cōspectu dñi).i.ꝺ deū.s.q ista pctā que isti facerent nō erant ꝓpie pctā ꝺ aliquē nisi ꝺ deum:iō in conspectu eius fieri dīr.nā sunt q̄dā pctā que solū sunt ꝺ deū:⁊ nullo mō ꝺ ꝓximos:quedā aūt sunt ꝺ deū ⁊ ꝓximos ea autē q̄ sunt ꝺ deū ⁊ ꝓximos nō dīr facta in cōspectu dei spāliter quasi soluz sint pctā ꝺ deū:sed ea q̄ sunt in deū solū vt infidelitas idolatria ⁊ similia scelerate acta q̄ in deū solū sunt in ꝺspectu dei agunť: ⁊ dīr in scripturis facta in cōspectu dei. (Ut irritetis eum.)Irritare duo signat. ¶Uno mō irritare.i.ꝓuocare ad iras alio mō irritare.i.adnihilare:sic ait ebrardus.irritat adnihilat irritat ꝓuocat iras.solū.n.differt in accentu:qz ꝓ adnihilare hz penultimā cozreptam:⁊ ꝓ iram ꝓuocare hz penultimā ꝓductā. de primo dī.ē.irritum facient pactū meum.i. adnihilabunt:de scōo dī hic vt irritetis eū.i.vt prouocetis ad iram:sic dī .ps.9. pp qd irritauit impius deum:⁊ inde vocať irritamē quelibet ꝓuocatio passionalis.(Ut irritetis eum.)Nō teneť hic vt finaliter ita q dicat cām finalē:qz tunc esset sensus q iō isti faciebāt malum vt deus ꝓuocareť ad iram:nullus.n.hō bac intentione mouet:sed qz id qō malum est ſm rem est delectabile ei q operaťfertur in illud nō in rōne mali:sed in rōne delectabilis: vel

De⁹ est prō ptus ad bñ faciendum.

Irritare duo signat.

vtilis.nam iō hebrei colebant idola:qz in cultu eoz hēbant aliquas delectationes sicut in cultu papi in quo erat cōis cōcubitus.Et non erant alligati ad aliquam obseruationem pcepto rū in colendo idola sicut colendo deum:qz qui colebant deuz vez putabant se astrictos legi dei vt eam totaliter obseruārent in q̄ pcepta aliqua continebant̄ que videbant̄ eis dura:cum aūt colebant idola nō putabant se obligatos ad legē dei:z qz dij gentium non ponebant aliqua pcepta que essent alicuius dure obseruationis cū nulla vitia repmerent:erat delectabile iudeis q̄ finirent̄ vacare oi passioni sm imunda desideria sua:desiderabant ēt colere idola:qz putabant rez tpalium psperitatem euenire eis magis cū idola colerent q̄z cū deū colerent:maxime cuz colerent reginā celi.i.dianā siue lunam facientes ei placētas vt pz Iere.44.c.cum dz sermonē quem locutus es ad nos i noīe dñi non audiemus ex te:sed faciemus oē verbū qō egrediēt de oze nr̄o vt sacrificemus regine celi:z libemus ei libamina sicut fecimus nos z patres nostri: reges nostri z principes nostri in vrbibus iuda z hierusalem:z saturati sumus panibus: z bene nobis erat malumq̄ non vidimus: ex eo autem tempore quo cessauimus sacrificare regine celi z libare ei libamina indigemus omnibus :z gladio atq; fame consumpti sumus: debet igitur ista dictio vt teneri consecutiue: scilicet vt irritetis cum vos facietis malum:z sic segtur necessario q̄ irritabitis eum.(Per opera manuuz vzaz.) Est dupler sensus. ¶ Uno mō p opera manuū vzarum.i.per opationes vzas.q.d.vos irritabitis deū petendo in actionibus vzis malis.Et iste dñr opera manuum:qz ois actio attribuit̄ manui cum manus sit organum organoz:vt ait arist.2.de aīa. ¶ Alio modo accipit̄ opus ppzie pro eo qō fit z nō pro actione rei:z isto modo dñr idola opera manuum:qz ab hoibus fiunt z nō sunt opationes eorum:sed id qō fit sic dz .ps.113.simulachra gētiuz argentū z aurum opa manuum hoīum.Et dz deus puocari p opera manuū .i.per culturam idolorum:qz nihil est p qō magis deus prouocet̄ ad iram q̄z per culturam idolorum.(Locutus est moyses audiente vniuerso cetu israel).i.qñ moyses verba huius cātici recitauit totus populus astabat:z moyses alta voce loqbat̄ vt audiret̄ vox eius a toto israel sicut audita fuerant oia verba huius libri pdicta.(Uerba huius carminis.) Non est hoc sicut cetera scriptura:qz alius pcedit sine aliqua lege metri:hic autem est lex metrozum:z sunt versus distincti.(Et ad finem vsq; cōpleuit).i.inchoauit z finiuit.

Dupler ire expō.

¶ Capitulum.xxxij.

de pe.di.3. §. auctoritas.
Als + vt pluuia.

Audite celi que loquoz: audiat terra verba oris mei. Concrescat in + pluuiaz doctrina mea: fluat vt ros eloquium meum. Quasi imber super herbam: z quasi stille super gramina:quia nomen domini invocabo.

Connexio capituli.

Audite. Supza moyses descripsit legez:z fecit multas cōmonitiones circa eam.Hic spāliter facit vnā cōmonitionē in cantico ad eam conseruandam pplm excitando. ¶ Et tanguntur tria. ¶ Primo ponitur prohemium. ¶ Secundo ponit intētum ibi.(Date magnificentiā.) ¶ Tertio subiungit epilogū ibi.(Uenit g̃ moyses.) ¶ Et in phemio audito res reddit attētos multiplr. ¶ Primo ex certitudine victoz: qz sunt firma sicut celū z terra:imo magis firma qz Mat.24.c.celū z terra trāsibunt verba aūt mea nō trāsient:iō dicit.(Audite celi.) Inuocātur celuz z terra in testes vt dixit pcedenti.c.z invocabo dz vos celū z terrā:z invocant̄ ista in testimoniuz vel ad cōprehendēdū oēm creaturā q̄ in his cōtinet̄:vel ad ppetuā durationē testium:z ad signādā firmitatē in vbis: nulle.n.creature ita firme sunt sicut celū z terra:qz oia elemēta corrūpūtur. Elementa vero alia lz sm se tota nunq̄z corrumpant̄ magnā tñ suscipiunt alterationē z nimis patiunt̄ z agunt inuicē:terra ātpp sui ouriciem modicū mutabilis est:celū vero nullo mō corrumpit̄ nec mutat̄:qz corpora supza celestia nō suscipiunt pergrinas impssiones vt pz.2.de celo z mundo.Scdo pōit verbo rū vtilitatem imprecando q̄ fructuz faciant in aīs audientum. (Locrescat in pluuia doctrina mea).i.cōcrescere facit virtutes in audientibus:qñ ad modum pluuia terram inebriat z fecundat vt pz Esa.55.c.(Fluat vt ros eloqm meū.) Ista est repetitio eiusdē sīe ad ornatum:qz sic fit in rithmis:z est similitudo qz sicut aqua magnitudine humiditatis siue terraz sufficienter inebriat ad pducendū germina z herbas ita ros:qz guttatiz cadit paruitate siue humiditatis:q̄ tñ aliqualis est virentia humectat ne tñ a caloze exurant̄.(Quasi imber sup herbaz.) Imber magna pluuia est q̄ herbā gigni facit.(Et quasi stille sup gramina.)Stille dñr gutte grosse q̄ solent cadere in apli vel in tpibz calidis:z vocant̄ nimbus iber aqua minuta z otinua ē: gramē z herba differūt aliqualr sm nr̄am linguam:sed magis sm bzaicā:qz vbi nos hēmus herbā hñt hebrei quodā qō solum significat istas puas herbas q̄ p oēs granos nascunt̄ sine aliqua cura humana vbi nos hēmus gramina:hebrei hñt nomē quod signāt segetes:vel alia q̄ cura humana seminātur z gubernātur: z eadē dzia faciēda est in lingua latina:lz nō plene pz.tertio ponit vbor auctozitatē.s.in vocatione diuini noīs:z est ista rō p̄cedentium.dixerat.n.q̄ cōcrescet sermo suus vt pluuia:reddit rōnē qz nomē dei invocabit:z oia q̄ in noīe dei fiunt firma sunt:qñ dz Jo.16.c.q̄ quicqd petierimus in noīe dñi accipiemus.(Qz nomen dñi invocabo.) Iō pp hoc pdicta fient. (Date magnificētiam.) Dic ponit̄ sm.s.auctoris intētum in quo agit tria. Primo demōstrat deū esse bonum:in scdo dicit eū ee colendū ibi.(Nunqd nō ipse.) Tertio demōstrat eū in iudicio iustū ibi.(Uidit dñs.) Prima in duas. Primo ponit̄ dei bonitas. Scdo populi inigtas ibi.(Peccauerūt.) Primū septemplicit̄ demōstrat vt pz in lra.(Date magnificentiā deo nr̄o.) Hoc referēt ad celū z terrā q̄ debent dare magnificētiam deo eū laudādo vel extollendo:z lz magnificentia dicat̄ esse virtus circa maximas expēsas vt pz.2.ethi.7.4.q̄ deo cōuenire pōt:qz oia dat z abundantius q̄z petamus.Sed hic z vt cōiter in tota sacra scriptura magnificētia dicit in deo quandā magnitudinē nō cōparando ad effectus:sed intra ipm.(Dei pfecta sunt opera.) Dic ponit̄ scda cōditio.s.magnitudo z pfectio in operibus: qñ opa dei perfecta sunt:nō sicut opera nr̄a q̄ caduca z incōpleta sunt: z dz pp hoc:qz j. dicet de pctō iudeoz z pena:z tunc diceret aliquis de eis:iō peccauimus qz deus nos tales creauit:iō excludit hoc.s. qz dei pfecta sunt opera:qz vidit deus cuncta q̄ fecerat z erant valde bona vt hz gen.1.c.nō ergo teipm pctōrem creauit:lz tu ppria voluntate te pctōrem efficisti. (Et oēs vie eius iudicia.) Ponit̄ tertia cōditio.s.q̄ iustus est:z rñdet ad superiora:qz dicebat aliqs cum a deo puniret̄ deus iniuste punit me excludit̄ hoc:qz dei vie oēs iuste sunt iudicium z iustitia oēs differunt: qz iustitia habitus est.iudicium actus iudicādi est.(Oēs vie ei⁹ iudicia).i.oēs vie eius sm rōnem sunt:nec aliqñ monet̄ ex passione aut ex malo habitu:qz in deo nihil tale est. ¶ Uocant̄ vie dei opationes eius:z hoc esse pōt pp duo. ¶ Primo qz sicut p viam venit̄ in terminum:z via est notior q̄z terminus:ita deus q̄ sm se nobis ignotus est:qz ipse est per opationes suas nobis notus est:sm q̄ opationes siue patent in creatura que est corporalis:z conata modo nr̄o intelligendi: z iste opationes q̄ vie sunt in deo sunt iudicia:qz quicqd agit iustū est. ¶ Alio mō dñr opationes dei vie eius:qz in nobis idem modus loquendi est:vocamus enim opationes nr̄as vias nr̄as:qz sicut bō p viā pcedit:ita operatio est pcessus nr̄ qz tota vita nr̄a extenditur per operationes:cum viuere sm ari.in.9.ethi.sit in operari:qui multū ergo operat̄ multum est qui modicum operat̄ modicuz est:z sic cōcludit idem ari.circa finem noni ethi. q̄ cum viuere consistit in eo qō maxime homines volunt: z cuius gratia oia eligunt vt in poetizare exercitari venari pharī:ex quo concludit q̄ conuiuere amicozum cōsistit in his.s.in compoetizare colludere ad aleas coexercitari cōpharī:z dicit adhuc amplius q̄ sicut est delectabile cuilibet homini cognoscere se esse z viuere: ita est delectabile cognoscere viuere amicum:sed dicit hoc esse nō posse nisi cum aliqs participat cum eo in mēte intelligendo qd intelligit viuere:iō intelligere dixit z est opatio explicat̄ ergo nr̄a vita in operationibus tanq̄z extendat̄ nr̄m esse p̄ successiones qō ante videbat̄ sine explicatione z pcessu qñ non operabamur:iste ergo vie dñi.s.operatiōes eius in nobis qui sunt quidam pcessus tanq̄z vie sunt iudicia.i.sunt semper facte cū ratione.(Deus fidelis.) Ponitur quarta cōditio que est fidelitas in pmissis:z rñdet ad superiora:qz aliqs punitus a deo diceret:ideo ego transgressus sum legē dei:qz ipse transgressus fuit pactū qō mecū pepigit.nā sicut ego pmisi ei obedire:ita ipse promisit mihi benefacere:sicut ergo ipse non benefecit mihi: nec ego obediui legi eius: excluditur ista rñsio qz deus fidelis est:ideo firmiter quicquid promittit reddit.(Et absq; vlla iniqtate.) hic ponit̄.5.cōditio.s.sanctitas:qz deus ab oi malitia immūdus est:z rñdet sup oibus.qz aliqs male agēs dicet de⁹ ista fieri

Dupli de cā dei opatiōes vie eius appellāt

In quo consistit cōuiuiū amicozum.

Quarta cōditō

Quinta cōditō

Tertia cōditō

Qō. 2 A

fleri vult excludiť: qz deus fine inigtate eſt: iō etiā iniquitatem abominatur vt pz ps. 5. qñ deus nolēs inigtatē tu es. vel ſi aliquis dicat q deus ꝓſonas accipit: qz cuidā gr̄am dare vult: alteri aūt nō: iō mala operať. reſpōdeť q falſum eſt: qz deus ſine inigtate ē: qz oībus gr̄am dat ſz nō oēs eā recipe volūt: qz mlti dicūt deo recede a nobis ſciam viarū tuarū nolumus Job. 21. c. & ſi vni gr̄am dat magis q̄z alteri: nō eſt in hoc acceptoz ꝓſonarū vt latius declarauimus ſupza primo & 10. c. (Juſtus.) Iſta eſt. 6. cōditio. ſ. eq̄lis diſtributio in p̄mio: qz aliquis diceret ego merui multa: ſz deus nihil dedit excludiť: qz deus iuſtus eſt. (Et rectus). ſ. in penis dādis & ē cōditio. 7. reſpiciēs ſupioza: qz iudeus ꝑ peccato punitus diceret verū ē q ꝓ peccato penaruz meruit: ſz nō tātā excludiť: qz deus rectus eſt. (Peccauerunt ei.) Hic ponitur ſcōm. ſ. populi inigtas. (Peccauerūt ei). i. ō eū. (Nō filij eius). i. q ꝑ peccatū a deo recedūt & erāt añ filij dei ꝑ gr̄am: ſic dixit xp̄s cōtra phariſeos vos ex p̄re diabolo eſtis. Jo. 6. c. & Oſee p̄mo. c. vocat deus populū ſuū iudeos legē ſeruātes deide vocat nō populū ſuū eoſdē idolis imolātes. (In ſordibus.) Referť ad ly peccauerūt. i. peccauerūt in ſordibus. ſ. in idolatria q̄ vocať ſpāliter ſordes: qz magis animaz maculat & a dei amoze diſtrahit: vel qz in ſacrificijs idolozū multe ſordes cōtinenť vt in ſacris p̄apī in q̄bus ſacerdotes verēda toti populo demōſtrabant ad actū venereū ꝓuocātes: & deinde inter fructeta & in locis ſubterraneis ad explendam oēz veneris imunditiā cōuenie bant. (Generatio prava.) Reprehēdunť de tali peccato. generatio prava. i. deprauata in voluntate. (Atq; puerſa). i. puerſe iudicans: qz iudicat cultū idoloz diuino cultui eē p̄pōnēdū: & ꝑ iſta facti ſunt nō filij q añ filij erāt. (Prava atq; puerſa.) Improperat hic deus iudeis & ponit in eis omne malū. cōſiſtit aūt omne malū in duobus ſicut oē bonū ſtat in eiſdē duobus: eſt enī malum vel bonū vt hic accipiť actus mozales: & actus mozales accipiūt bonitatē vel malitiā in p̄cipijs ſuis elicitiuis. nam ſicut effectus in nālibus accipiūt eē a cauſis nālibus ita & in mozalibus accipiūt bonū vel malū a p̄cipijs ſuis. ſi autē p̄cipia bene ſe habeāt actus ē bonus: ſi aūt p̄cipia male ſe habeāt actus eſt malus: ſunt aūt p̄cipia actuū humanoz tria. ſ. intellectus: appetitus: & ſenſus: vt ait ariſto. in p̄cipio. 6. ethi. ſenſus tū nō ē ꝓprie p̄ncipiū alicuius opationis: qz magis eſt inſtrumētū actiōis q̄z p̄ncipiū ſiue radix actionis: iō nō efficit aliquā opationē bonā aut malā: manēt igiť duo q ſunt ꝓprie p̄ncipia actionū. ſ. intellectus & volūtas cū intellect⁹ē bñ ſe bñs: & volūtas operatio mozalis nēcio ē bona. ſ. cū intellectus practicus recte iudicat cō ſozmiť ſe bñs appetitui recto: & cū volūtas bñ eligit ꝯfozmiter ſe bñs itellm recto ē tota mozalis rectitudo: ad hoc aūt q ſit obligtas vel malū mozale ſatis ē nō eē intellectū practicū vez cōſozmiter ſe bñtē appetitui recto: vel appetitū nō eē bonū cōſozmiter ſe bñtē recto itellectui: ē aūt puerſio mozalis totaliť cū intellectus ē diſſonās appetitui recto: & appetitus ē diſſonās vero intellectui practico. vtrūq; aūt quedā puerſitas: qz q̄libet eoz̄ eſt mutare res a debito ozdine: qz volūtas nō tenet debitū ozdinez: nec intellectus: nominat tū hic lr̄a iſtas duas corruptiones duobus nominib⁹. ſ. (puerſa & prava.) Pertinet prauitas ad voluntatē magis ꝓprie cū prauitas ſit malitia q̄ ē malus habit⁹: in intellectu aūt nō ē malitia. nā ſi accipiať intellectus ſpeculatiu⁹ nō repiť ibi aligs actus ptinēs ad bonū vel malū mozale: ideo ſcōm illos habitus nō vocať aligs ſimpliť bonus aut malus idē de itellectu factiuo in quo reperiunť habitus artiū mechanicarū ſcōm quas nō ē aligs bō bonus aut malus ſimpliť: ſz bonus aut malus faber in intellectu practico reperiť: prudētia tū oppoſitū ſuū nō vocať malitia: ſz ſoli habitus inclinātes affectū puerſa generatio dr̄ quātū ad itellectū: qz dicit malū eē bonū: & bonum eē malū ponit tenebras lucē & lucē tenebras: & dulce amarū & amarū dulce: iuxta id qō hz Eſai. 5. c. mutatio g̃ iſta a recti tudine iudicij ſcōm veritatē practicā ſcōz ꝯfozmitatē intellect⁹ practici ad appetitū rectū ē puerſitas: & iſto mō mutať in eis maxime veritas practica dicētib⁹ q̄ meli⁹ erat colere reginā celi & libare ei libamina q̄z colere deū celi: & q̄ ex eo tpe quo eā ceſſauerūt colere venerit ſup eos tēpeſtas & gladius vt pz Hiere. c. 44. & ſic rñderūt publice oēs mulieres iudeoz in egypto in terra fatbures Hieremie ſuadēti eis vt dimiſſa regina celi colerent deū vez q̄ erat de⁹ celi. (Neccine reddis dño). i. nūqd talia retribuis deo ꝑ bñficijs collatis dedit bonū & retribuis malū. becci ne idē ē q̄ bec ne: & ſtat ne ꝑ nūqd iterrogatiue & ē ſenſus nūqd bec reddis dño: ſz interponiť ibi vna lr̄a. ſ. i. & fit vna dictio & talis cōiunctio vocať ſyllabica adiectio vel iterpoſitio ſic dr̄ boſce dies pro hos dies addēdo ce: de iſtis tractat p̄riſcianus in maiori libro. 13. circa finē. (Populę ſtulte.) ſtultus ē q diſcordātia rōni agit: iſipiēs ē qui a iudicādo deficit. vñ ꝓprie ſtulť⁹ eſt qui malū bz iudiciū: & ſcōm illud malas affectiones & puerſas opationes nō dirigēs eas ꝑ aliquā p̄rudētiā: nec ēt ꝑ aſtutiā ſaltez: inſipiēs p̄uationē ſolū dicit. ſ. neſcire iudicare: ſed nō ponit aliquā deordinationē in actibus: cū aūt aligs inſipiēs ē neſcit qd ſibi ē bonū & vtile cū ſtultus ē iudicat & eligit illud qō inutile ē ꝑ vtili. hec patiebanť iudei p̄ponēdo idola deo. Et cū hec duo mala ſint peius tū ē eē ſtultū q̄z eē inſipiēte. nā ſtultus ē deordinatus in itellectu & volūtate ita q nihil in eo bonū moraliť manet. inſipiēs aūt ſolū ē deordinatus in intellectu aut potius p̄uatus recto iudicio: qz ille oz̄ bñe intellectū puerſuz qui cum poſſet recte iudicare aut cū circa alia aſtutus ſit: in aliquo tū vel aliq̄bus male iudicat qui tū ex aliquo ōſectu nāe vtpote qz ē nāliter ozbatus aliq̄ malū bonū iudicat nō oz̄ bñe intellectū puerſuz: ſz ē p̄uatus actu rōnis totaliť vel quātū ad aligd. ſtultus aūt vz eſſe hmōi: qz hz intellectū ſuū deordinatiuū quantū ad quedā & volūtatē p̄rauā. inſipiēs aūt q ſola pfectione rōnis caret nō eſt deordinatus in volūtate. Et ſi forte accipias ſtultū p̄ro eo q ozbatus nāliter: vel ex egritudine ſtulte iudicat & ſtulta agit nō dicēť iſte bñe intellectū puerſuz: qz ipſe nō puertit eū tū neceſſariū erit ſemp eū deficiētē eē i itellectu & volūtatē bñ ſe bñe: qz agit ſtulta. inſipiēs aūt lz a nā ozbatus ſit nō ē tātū ozbatus ſicut ſtultus: qz p̄uatur recto iudicio: nō tū agit aliqua ſtulta aut alijs nociua. qūo aūt iſta duo de eodē ſimul dñr ſignant duas i perfectione. ſ. inſipiēs dicit p̄uationez recti iudicij: & ſtultus dicit diſturbationē & turbulētiā in actibus volūtatis & in actib⁹ exteriorib⁹ ita vt alijs noceat & diſſona valde faciat: vtrūq; aūt de iudeis recte p̄dicabať vt pz ex ſupradictis.

Septē rōnib⁹ ꝓbať deus eē colēdū.

Prima rō.

(Nūqd nō ipſe.) hic pōiť ſcōz. ſ. deū eē colēdū qō iducit septē rōnib⁹. (Pria ē rōne creatōis q̄ atteſtať vez deū & infinitā potētiā cui viſſime ōbeť latria & nulli alteri rei. (Nūqd nō ipſe ē p̄tu⁹.) q̄ſi di. ſic ꝑ iſta q̄ ſubdunť. (Qui poſſedit te.) De cōtinuo gubernādo: qñ deus oīa gubernat ne in nihilū rediganť. (Et fecit te) materiā ex qua natus es in p̄mordio reruz diſtinguēdo & ſeparādo: vel eā nūc p̄ncipaliť ozganizando. pñt hic poni iſta duo verba. ſ. fecit & creauit vt teneāt ſuas ſignificationes ſcōm qō diſtinguimus illas: aut pōt eē q̄ creare & facere referanť ad idē ſcz q̄ eadē res dicať facta & creata ita q̄ accipianť iſta ex ſuperabundantia vboz dicta ſicut ſepe fit in mō vulgari loquendi: in quo ad maiorē abūdātiā & expreſſionē ponimus multas dictiones idē ſignificātes: & ſacra ſcriptura ſequēs modū loquēdi hebraicū ſequiť plerūq; ſtilum iſtū. ſi autē accipiamus vt dixim⁹ ſcz facere q̄ referatur ad corpus veruz: eſt q̄ deus fecit illud vt ſupra dictū fuit vel dr̄ feciſſe ipſum. i. hominē: qz licet vnus p̄gignat alium deus tamē p̄cipue agere: qz licet deus ſit cā ſolitaria ſcōm q̄ operatur per creationē: vel in aliquid in māle tū ad hoc eſt cauſa naturalis operās in ea que nālia ſunt: & quātū ad hoc nō agit deus vt cā ſolitaria: ſz hz multas cās agētes ſubordinatas: qz nō imediate influit in corpora: ſz mediātibus rebus ſpūalibus. nā ipſe eſt cā p̄ma & tota virtus influxiua deriuať ab eo tanq̄z ab originario fonte: & deriuatur per totā cōcatenationem cauſaz: & quātū ad hoc plus influit q̄z oēs alie cāe: qz quicquid alie agūt ideo agunt qz ipſa virtutē tribuit: & ſic dr̄ in lib. de cauſis ꝓpoſitione p̄ma q̄ oīs cā p̄maria magis influunt in ſuū effectū q̄z cā ſcōaria & nō ſolū quātū ad cōtributionē virtutis operať: ſz quātū ad motū etiā qz alie cāe ad agēdū nō mouerent niſi ipſa p̄ma cā moueret: ſic dr̄ de deo in. 12. meta. q̄ de⁹ mouet alias itelligētias in rōne amati & deſiderati. i. tanq̄z quodā bonum deſideratum & ad ptcipāduz illud mouēt & opanť: ſic enīz ait ariſto. in eodē lib. q̄ itelligētie mouēt ad participandum eē diuinum. in motu igitur naturali qui fit ad cauſandum aliquē effectum eſt ſubordinatio oīum cauſaz: & opz q̄ reſoluať iſte motus in cām ſimpliť īmotā q̄ eſt deus: qz ipſe mouebit immediate cās ſpūales. ſ. itelligētias ad mouēduz celos ad ipſam actionē nālē: magis ergo mouebit cā p̄ma q̄z oēs cāe inferioreſ ſed ꝑ motum cārum nāliū cātur corpus humanuz & gignitur bō: ergo iſte cāe mouenť a deo & deus p̄ncipaliť diceret mouere & cāre iſta inferioza a nā cāta: ſz corpus humanum genitum eſt per actionē nālez in qua deus potiſſime agit: qz ē cā p̄ma ergo ipſe facere dr̄ hominē. (Et creauit te). ſ. aiam tuā de nihilo creādo: & corpori infundēdo ſub paucis vbis multa comprehēdit. vult.n. ſic arguere: de⁹ dedit nobis oē bonū. ſ. q̄cquid ſumus: & quicquid habemus: ergo maxime colendus eſt patet añs quia due ptes nature ſunt id quod nos ſum⁹. ſ. corpuſ & aia: ſz vtrūq; ipſe dedit: qz corpus fecit & animā creauit: dedit ēt id qō bēn⁹

† 6. ꝺditō.
† 7. ꝺci cō ditio.
† Populi inigtas.
† B
† †
Oē maluz i duobus cōſiſtit ſicuti oē bonū
Tria ſūt p̄ncipia actuū humanoz.
† †
† L Quid ꝓpr̄ie ſit ſtultus.
† D De⁹ ē cā p̄ma & omis vt⁹ ifluxiua inde ꝓficiſcit.
†

† qñ possedit nos.(memento dierum antiquorū).i.dieꝝ primoꝝ a primordio creature.est sensus deꝰ causauit te ⁊ fecit. Si autē in hoc dubitas.(memēto dieꝝ antiquoꝝ).i.recogita ītra te dieꝫ anti quos qui fuerūt in p̄ncipio creationis. Et inuenies q᷑ deus creauerit hoiem ⁊ oēs res :creando ergo hoiem primum ⁊ oīa alia in p̄ncipio ēt nunc oēs hoies creare dicet:ꝫ nō eodem mō. creauit.n.ante māle p̄ncipiū cuiuslibet hoīs ⁊ alterius rei:nunc nouiter creat aīaz. de istis dieb⁹ antiq᷑s poterat hō recordari p scripturā libri geneseos quē moyses tunc ꝓphetico spiritu scripserat:nō.n.restiterāt alia antiquitatis scripta per q̄ hoies i pteritoꝝ cognitionē reducerent. Unde ante diluuiū rude seculum fuit:nec hoies de scribēdis reb⁹ gestis curauerūt:vl si forte aliq̄ scripserūt qō de ꝓthoplausto nr̄o credimus aquaꝝ inundationib⁹ deleta sunt: vel aliqualr terre mutatiōe submersa:sola.n. columna marmorea in qua Tubal musice p̄mus rector musicā cōdidit in syria : nūc tenet vt iosepb⁹ attestat:deinde translatis inundationib⁹ aquaꝝ diluuij incipiētes hoies p magnos terraꝝ recessus diuidi magis ignorare inceperūt doctorē nō bñtes:do nec in egypto liraꝝ p̄mordia ⁊ hystoriaꝝ icepta sunt:iō Marcus varro oiuz romanoꝝ doctissim⁹ testimonio maioꝝ volens hystoriā ad rerū maxia antiq᷑tate retexere a diluuio regis ogigi exordit⁹ est. Fuit aūt hoc in grecia tpe quo filij israel in egypto captiui tenebāt in quo tpe a creatiōe mūdi anni ter mille ⁊ q̄si septingēti efflurerāt:vt pz in decursu hystoriaꝝ:de quo aliquid Isidorus in fine. 13.ethimo. Et Ouidius in p̄ncipio metamor. a rerū origine se narraturum ꝓpōnes a diluuio sub deucalione rege thessalie incepit: qō multo post diluuiū regis ogigi fuit vt pz p Isidoꝝ. 13.etb.⁊ per Augu. 18.de ciui.dei. Uñ tūc Ouidi⁹ hoīem de terra formatū asserit:siue eum deus formauerit siue ꝓmetheus q̄daz de terra seducta nup a celo ⁊ mixta fluuialibus vndis vt pz in p̄ncipio metamor.(Et cogita gñatiōes singulas.) Iste est modus ꝓbādi creationez hoīs ⁊ est resolutiu⁹ tanq̄ in mathematicis.s.querēdo q᷑s fuit pr̄ isti⁹:⁊ dato illo rursuz querere de pr̄e illi⁹ retrocedendo ad p̄ncipiū:⁊ tunc ad vltimū inueniet q᷑ pr̄ chain fuit adam:pr̄ ade nullus hō fuit ꝫ deꝰ euz formauit:ista est ꝓbatio sufficiēs diſcursis oīb⁹ intermedijs : ⁊ iō pr̄.(cogita gñationes singulas).i.nullam dimittas in medio:q᷑ tunc periret ꝓbatio:⁊ istum moduz ꝓbādi reducēdo bz beatus Lucas in euāgelio.c.3.vbi gñationē xp̄i retrocedendo reducit vsq᷑ ad adam ⁊ deū. Et ista fuit cā potissima quare liber geneseos cōtinet oēs gñationes ab adam vsq᷑ iacob cōtinue:⁊ in libro p̄mo parali.cōtinent oēs gñationes vsq᷑ ad captiuitatem babylonicā vt sic videat creatio mundi.

¶ Quare aristo.posuit munduz esse eternū ⁊ qūo rñdet ad argumenta de edificatione ciuitatū. Et rōnes catholice ꝺ eū etiaz ex suis p̄ncipijs ⁊ de cā errorꝭ eius ⁊ alioꝝ pꝺoꝝ ⁊ poetaꝝ.

Qō.3. A **Hanc** reductionē ignorās aristo.posuit mūdi eternitatez ⁊ nullū hoiez fuisse p̄mū:sed semp hoiez ex hoīe fuisse. Et hoc dicit nō q᷑ cū ad ꝺ aliq̄ rō inducat:sed q᷑ oppositis argumētis rñdere nō valet sicut qui falsitatē manifestā argumētoꝝ virib⁹ confitet. Rō aūt ꝺia est:q᷑ nā nō fuit sufficiēs p̄mū hoiez gignere. Et qñ arguit cōtra eū ꝓbando per hystorias de populatiōe oīuz terraꝝ ⁊ de edificatione oīuz ciuitatuz.s.qūo in tali tpe talis regio que nō erat bītata incepit bītari:⁊ qūo tales vrbes cōdite fuerūt:⁊ sic ex narrationib⁹ hystoricis ꝺ eū cōcludebat q᷑ oīs ciuitas que suo tpe existebat p̄ncipiū habuit:⁊ oīs terra p̄ncipium bītationis habuit ab aliquo. Ipse rñdet in scōo poli.cōcedens oīa hec ne fidez hystoriaꝝ destruat:⁊ dicit q᷑ licz iste terre de nouo nūc bītari inceperūt ⁊ ciuitates condi:tñ iam olim infinities bītate sunt ⁊ vrbes ostructe sz ꝓ diluuia destructa sunt illa. ¶ Et non cōcedit ipse vlē diluuiū vt pz in scōo metheo.q᷑ oporteret maximā partē terre in exhalationes resolui.

¶ Itē q᷑ repugnaret ei⁹ ꝓpositoꝭ:q᷑ in vlī diluuio oīa cōsumi oporteret ⁊ iterū renasci de terra:vel a deo creari quoꝝ vtrūq᷑ negat:q᷑ creationē abhorret ⁊ aīalia pfecta sine ꝓpagatiōe maris ⁊ femie virtute nāe nasci de terra impole eē dicit:⁊ hoc ſm nos asserim⁹ si sola virt⁹ nāe opet. ¶ Et si forte aliquis pro eo vellet dicere q᷑ in diluuio vlī possent ꝺseruari oēs spēs in arca sicut nos ponim⁹ fuisse tpe noe. ¶ Dr̄ q᷑ ꝺ ipole est sola virtute nāe q᷑ aīalia tā diuersissima de remotissimis ptib⁹ orbis aliq᷑s deducere posset ad succurrēduz periculo diluuij:q᷑ q̄daz aīalia ita sunt alijs inimica q᷑ cū eis nullo mō viuere possent nec per hoiez capi. ¶ Itē q᷑ adhuc ꝺ nō obstāte valde magno tpe indigerēt ad cōgregationē hoꝝ aīaliū. Dato aūt diluuio sup quādā magnā ptez terre bītabilis p̄nt aliq᷑ hoies in alia parte saluari.

¶ Et si arguat magis q᷑ si mūdus ab eterno fuit:nō est vēm q᷑ hoies ita simplices fuerint q᷑ nunq̄ aliquā artē vel sciam inuenerint:ꝫ ꝓbabat ꝺ eū p hystorias de q̄libet scia vel arte speculatiua siue factiua vl actiua quō ⁊ a quo ⁊ quo tpe inuēta fuerit.

¶ Ad ꝺ rñdebat ipse in.2.poli. q᷑ hoies q᷑ de corruptionib⁹.i. de diluuijs euaserūt simplices erāt:⁊ iō ꝫ aliq̄ oēs iste scie ⁊ artes inuēte fuissent:tñ isti nullā de illis sciebāt:iō dicit in eodē scōo libro q᷑ hoies illi antiquissimi valde rudes leges dederūt:q᷑ ex antiq᷑s erat q̄daz lex in grecia q᷑ possent cōmutare viri vxores pro ferro. Ista si respiciant nō sunt rñsiones ꝫ q̄dā colorate euasiones:q᷑ ꝫ aliquo mō videant hec polia:tñ nō sunt verisilia. ¶ Sed iste rñsiones nō p̄nt stare ſm ꝓbaz: q᷑ ſm q᷑ ipse vult in metaꝑica spēs sunt ficut numeri:ita q᷑ ficut vn⁹ numerus excedit aliū in vnica vnitate:ita spēs se excedunt ꝑ gradus pfectionis essentialis:ita q᷑ ſm ordinē spēz exñtiuz nūc impole est cadere aliquē gradū pfectionis essentialis iter eas:⁊ si alicui spēi adderet vnic⁹ gradus eētialis pfectiōis:neče erat cadere in supiorē spēz qñ imediate sunt. Sed aliq̄ spēs dabunt nečio depdite ſm hāc positionē:g̃ nō sunt vt numeri.pz ꝺña : q᷑ q̄daz spēs ēt aīaliuz pfectoꝝ q̄ ꝑ solaz ꝓpagationē gñant sunt i q̄busdaz terris ⁊ nō in alijs:cū g̃ talia diluuia venirent corrūperent aliq̄ spēs de illis. ¶ Itē ipole esset munduz ꝓpetuari a pte post: q᷑ mūdus ꝓpetuat a ꝓpetuatiōe oīuz suaꝝ ptiū p̄ncipaliū q̄ sūt celi ⁊ oīa elemēta ⁊ p̄ncipales magiſq᷑ pfecte spēs:q᷑ ēt si periret vna spēs de reb⁹ ipfectis vel multe:nō diceret mūdus non ꝓpetuari:ꝫ si aliq̄ de spēb⁹ pfectis periret ⁊ mūdus perire ꝺ vt si humana spēs periret:⁊ pz manifeste q᷑ perire pōt in aliquo diluuio vel peste siue bello: vel q᷑ hoies gñare nō volent: vel si in talib⁹ diluuijs pauci remanētes tedio vel terrarū intēperie morerent. ¶ Nec aūt rōnes sufficiētes sunt ad inferēdū ꝺ aristo.⁊ alios ponētes mūdi eternitatez. Preter has tñ sunt alique alie que assumunt ex cognitiōe ꝺditionis rerū q̄ sunt in mūdo.naz res que sunt aut sunt res que sunt simpliciter act⁹ ita q᷑ i eis nō sit aliq̄ potētialitas:aut sunt res q̄ bñt potētialitatē:si sunt res q̄ sunt pur⁹ act⁹ nullo mō sunt in potētia ad aliq̄d recipiēduz qō fiat ab altero:⁊ in his ipole est eē incipere:q᷑ tūc anteq̄ inciperent fuissent in potētia ad incipiēduz qō repugnat puro actui. sic aūt ipole est deū factū eē aut creatū:aut cepisse esse qō nō habuit cū ponat purus act⁹. Si āt res sunt potētiales ita q᷑ sint in potētia ad eē cū potētia semp reducat ad actū ꝑ motū aut trāsmutationē:⁊ iste mot⁹ fit ab aliquo agēte ⁊ recipiat i passo:neče est ea q̄ potētialia sunt recepisse eē ab altero cū trāsmutatio nō fiat ab ītrinseco ꝫ ab extrīseco:sicut igit est de quolibz hoie q᷑ nullus hō de his quos nos signam⁹ potuit ꝑ se eē hr̄e nō factuz nec genit⁹ aut creat⁹:q᷑ est potētialis:naz ē in potētia ad eē:q᷑ est in eo eē receptū ita ⁊ dicem⁹ de oīb⁹ hoīb⁹ siue ponantur ab eterno siue nō:neče fuit accipe eē ab alteris cū sint potentiales:⁊ sicut vn⁹ est potētialis:ita neče ē oēs eē potētiales cū sint eiusdē spēi:sicut igit ꝓbs negat fuisse aliquē hoiez p̄mū:quia ille nečio erat potētialis ⁊ nō poterat eē a seipso:ꝫ neče erat accipe eē ab altero:ita nečiuz erat cōcedere de oīb⁹ hoīb⁹ quotquot nos assignare voluerim⁹:q᷑ oēs fic erūt in potētia : nec g̃ potuerunt ab eterno eē nisi ab eterno eē suscepissent cū in quolibet eē potentialitas sit:nečiuz igit ab aliquo accepisse eē cū a se accipe non possint:⁊ iste erit aliq᷑s g̃ fit simplr act⁹ ita q᷑ ipse possit eē dare ⁊ nō:suscipiat igit ꝺ mō q̄lrcūq᷑ pbi fabulent:nečiuz ē dare q᷑ ceperint hoies cum a se hr̄e eē nō potuerint:⁊ sic de oibus alijs spēb⁹ rerū:q᷑ oīa fic sūt in potētia ad eē:nec a seipsis eē pñt hr̄e: ex quo vr̄ nečio seq creatio. ¶ Et si forte aliq᷑s diceret q᷑ hoies acceperūt esse ab aliquo:tñ ab eterno sunt. ¶ Rñr q᷑ ꝺ existere nō pōt:q᷑ cū acceperint eē querit an erāt anteq̄ acciperent eē aut nō:si erāt añq̄ acceperēt eē:g̃ nō receperūt esse. Includit.n. ꝺdictionē q᷑ sit ⁊ q᷑ eē recipiat:q᷑ eēt tūc idē act⁹ ⁊ potētia.naz eē act⁹ dr̄:potētia aūt ptinet ad recipe:etiā q᷑ qñ res erat eē habebat:alś nō eēt:g̃ non recipiebat eē: q᷑ illud hēbat. Si aūt dicat q᷑ qñ hoies acceperūt eē nō hēbant eē:g̃ tūc nouiter fuerūt ⁊ añ nō erāt:hoc aūt repugnat eternitati:g̃ id qō recipit esse ab alio causatū vel factū nō pōt esse eternū:necessariuz erat igitur nō esse hoies ab eterno. ¶ Aliqui autem de antiquis ꝓbis ponunt munduz cepisse sicut anaxagoras ⁊ empedocles ⁊ similes: sed ponunt quosdā modos valde repugnantes rationi quomō mundus ceperit:ideo aristoteles eos arguit in.8.phisi.⁊ in scōo de celo ⁊ mundo ⁊ putat se demonstrare sed non demonstrat:ꝫ rōnes eoꝝ destruat sicut sigs teneat aliquā verissimā sniaz:⁊ cā nesciēs fundare prohet valde imperite. Alius qui acutioris ingenij sit destruet ꝓbatiōes huius imperiti : nō tñ destruetur ex ꝺ veritas snie q̄nā alius ꝓbare intēdebat:qō ꝓz manifestissime

Aristo.non cōcedit vlē diluuiū sed ꝑticulare.

Obiectio.

Responsio

Obiectio

Rñsio.

Lex athenien sis.

Improbatio aristotelis.

Ꝓia rō

Scōa rō

B

Tertia ratio. ꝺ aristo.

Res sunt ouplices.

Necīuz ē dari creationez ista ruz reruz potētialium.

C Obiectō Rñsio

Repugnat rei eterne cepisse esse ab alia.

Aliq᷑ ꝓbi posuerūt mūdū eē factum ⁊ sūt in ouplici differentia.

midia pars manaſſe acceperant poſſeſſionem ante trāſitū ior
danis in terra duoꝝ regum amozreoꝝ.ſ.og z ſeon vt pz Nu.
32.z ſupza.3.et.4.c.hoc tñ verum eſt de ipis qui habitabāt an
te iordanem:z iam acceperant poſſeſſionez.nam ſi deum vere
colerent obſeruātes oia mandata eius multo tpe manerent in
terra illa quā habebant:ſi aūt nō obſeruarent cōuertētes ſe ad
idolatriam cito ꝑderent terrā illam ducti in captiuitate:ſic eniz
euenit in poſteꝝ q̄ inualeſcente negtia regni iſrael rex aſſyrioꝝ
ſalmanaſar venit in terrā illā z duxit captiuas decē tribus iſra
el relictis duabus.ſ.iuda z beniamin cū leuitis q̄ non cōputāť
in tribū:z inter has fuerunt iſte due tribus z dimidia vt pz.4.
Re.17.c.ſed fit mētio de nouē tribubus z dimidia que acceptu
re erant poſſeſſionem vltra iordanē:z hoc qz plures erant z di
gniores.¶Scō qz magis oportebat certificaŕ eos q̄ nō erāt
certi q̄z eos q̄ magis certitudinis hēbant:ſed illi qui iam acce
perant iordane nō trāſito poſſeſſionē i manu dei robuſta ſecu
riores erant q̄z illi qui trāſituri erant iordanē ad poſſidēdum
terrā in qua neſciebāt quātum aut quō acgrerent:iō de his ſo
† lis exp̄ſſit. (Locutus eſt dñs.)Poſita exhortatione populi: hic
De obi- agiť de obitu moyſi.Et tāgunť tria.¶Primo moyſi mors p̄ci
tu moyſi pitť.¶Scō ab ipſo bñdictio populo indicitť ibi.(Hec ē bñdic-
U tio.)in p̄ncipio.c.ſequentis.¶Tertio actualiť moritť z ſepelitť
† .j.34.c.(In eadē die.)Ex hoc pz q̄ in die in quo moyſes dedit
Moyſi iſtas bñdictiones z exhortationes in cātico mortuus eſt. (Aſcē
mors p̄- de in mōtē.)Qz tunc manebat ppls in ſethin q̄ erat vltima mā
cipitť. ſio vt pz Numñ.33.c.Et hoc in valle ō phanū phegoꝝ vt pz.ō.3.
† z.4.c.z mons erat altus:oportebat g̃ aſcēdere.(In montē iſtuz
† abarin). dz abarin mons trāſeuntium(.i.trāſitum in montē ne
bo.)Mons abarin longus erat in quo erat q̄dam ps alta q̄ vo
† cabaťmons nebo in quē aſcēdit moyſes.(Qui ē in terra moab)
.i.in deſcēſu terre moab:qz iſta terra in qua tunc manebat iſra
el de regno regis ſeon erat vt pz.ō.4.c.lz multotiens dz eſſe in
cāpeſtribus moab ō hierico:ſed poterat eſſe q̄ iſte mons ali-
quomodo ptineret ad terrā moab:z aliquomō ad terrā ſeon:
qz erat in cōfinibus regnoꝝ:ſicut diximus.ō.3.c.de monte her
mon q̄ aliquo modo ptinet ad terram ſeon:qz erat in cōfinibꝰ
regnoꝝ ſicut diximus ſupza.3.c.de mōte hermon q̄ aliquo mo
do ptinet ad terrā ſeon z aliquo modo ad ſydonios z aliquali
ter ad terrā iſrael:iō vocať hermon:ſanir.ſ.ſaurio.a qualibet
† gente vnū nomen hñs.(Et vide terrā chanaan).j.34.c.dz q̄ vi
dit oēm illā terram q̄ vocať terra chanaan largo mō:nō a quo
dam populo q̄ ibi habitabat iuxta mare z fluenta iordanis:z
dz chananeus vt pz Numñ.13.c.ſz a chanaan nepote noe:q̄ fuit
pz iſtoꝝ populoꝝ.Et iſte chanaan fuit pz multoꝝ populoꝝ q̄ po
nunť Heñ.10.c.qz ab illis filijs eiꝰ q̄ ibi ponūť nate ſunt gētes
multe cū oēs numerati in illo.c.ſint capita gētium vt pz Heñ.c.
11.inter quas fuerunt iſte ſeptē gentes q̄ hic numeranť.ſ.in ꝓ
ceſſu iſtoꝝ libroꝝ:z has tradidit deus in manu filioꝝ iſrael: vt
igiť deus letificaret moyſen oñdit ei terrā chanaan.i.terrā oi-
um iſtaꝝ ſeptē gentiū:ſicut innuiť.j.34.c.cuz dz oñditq̄ ei dñs
oēm terrā galaad vſq̄ dan:z vniuerſam neptalim terrāq̄ efra
im z manaſſe z oēm terrā vſq̄ ad mare nouiſſimū z auſtralez
ptē ad latitudinē cāpi hierico ciuitatis palmaꝝ vſq̄ ſegoꝝ.

Qō.6 ¶De iſta viſione dōm eſt q̄ nō vidit hoc moyſes nāliter.ſ.fm
A vigorē potētie viſiue:z hoc pz multiplr. ¶Primo qz dato q̄
An moy mons nebo ſup quē moyſes aſcēdit eſſet altus:tñ nō erat ita al
ſez ō mō tus vt oia loca z arbuſta q̄ erant in vallibus paterēt:nā nō vz
te nebo alicubi terraꝝ tāta eſſe altitudo:vt in diſtātia tanta contēplari
viderit poſſet qs cōcauitateꝫ valliū in q̄bus p̄cipua z delectabilioꝝ po-
totā trā pulatio ē.¶Scō nō poterat hoc exiſtere:qz dato q̄ mons eēt
chanaan ita altus vt ad hoc ſufficeret vel forte q̄ terra tota eēt ſatis pla
viſione na nō poſſet videre moyſes ad tantā diſtantiā:qz ſpēs veniēte
nāli.

a tāta diſtātia debiliter imutāt pp magnitudinē ſpacij:z obiectū intermediū nebulaꝝ itermediarū:z debilitas viſus nō ſuffi
ceret vt imutareť a tā pua virtute ſpērū imutātium:oportebat
g̃ q̄ deus elenaret ſupnāliter:vel ꝯfortādo virtutē viſiuā moy-
ſi q̄ poſſet ſufficiēter imutari a ſpēbus tā pauci vigoris:vel q̄
cōferret maiorē virtutē ſpēbus ad imutandū nihil augēdo vel
cōfortādo in virtute viſiua moyſi:vel q̄ verius eſt.ſ.q̄ deꝰ pñ
tauerit ei ſpēs oiuz locoꝝ illius terre vt hz̄et pfectā z diſtinctā
cognitionē de eiz:z nihil notabile maneret qō nō cogno ſceret:
eſt.n.iſte modus ꝺuenientioꝝ duobuz modis ſupioribus.nā po
ſito p̄mo mō.ſ.q̄ deꝰ ꝯfortaret virtutē viſiuā moyſi adhuc ma
net incōueniens:qz virtus ꝯfortata ad hoc ꝓficit vt poſſit imu
tari a ſpē modice actiuitatis a qua nō poſſet alīs imutari: quā-
tocunq̄ g̃ virtus viſiua alicuius ꝯforteť nunq̄z poterit videre
niſi ea q̄ p̄ſtanť:z qz illa q̄ erant in vallibus occultiſſimis non
poterāt p̄uenire ad oculos moyſi.g̃ nō poterat videre illa:quā
tūcunq̄ imutarenť oculi ad pfectionē.ſ.q̄ virtus ſua eēt val-
de magis pfecta q̄z aſi erat:qz ſpēs viſibiliz ſemp dirigiť p lineā
rectā:g̃ illi erāt in vallibus ꝓfundiſſimis nō poterant pue
nire ad oculos eius:z ſic nō poterat imutari:ſicut ſi deuz pfeciſ
ſet potētiam viſiuā alicui? quātūcunq̄ vellet:z nulla ſpēs viſibi
lis p̄ueniret ad eam nō poſſet quicq̄z videre:ita hic dato q̄ eſſz
virtus moyſi pfecta a deo ſupnāliter:ſi tñ res exñtibus in pfun
diſſimis vallibus nō poſſent dirigere ſpēs vt p̄ueniret ad ocu
los nullo mō moyſes imutari poſſet nec videri:oportebat g̃ da
ri aliquē aliū modū p̄ quez moyſes iſta videret. ¶Si aūt acci
piať modus ſcōs.ſ.q̄ deus tribuerit maiorē virtutē imutatiuā
ſpēbus illoꝝ locoꝝ z rex vt a maiori diſtantia mouere poſſent
q̄z alīs cōſueuerant mouere:adhuc nō ſufficit:qz ille ſpēs imuta
bant fortius illā potentiā viſiuā ad quā p̄uenerint q̄z alīs imu-
tare ſolebāt:ſed nō imutabunt vllo mō potētiaz viſiuā ad quā
nō p̄uenerint:ſed dato q̄ i terra chanaan eſſent ꝓfunde valleꝫ:
z mōs ille nebo nō eſſet ita altus:vt poſſet videre q̄ſpiā ex ipſo
oēs cōcauitates terre illius:nō p̄uenirent vllo mō ſpēz oīum lo
coꝝ ad potētiam viſiuā.g̃ nō imutari poterit:ēt ſi ſpēs fortifica
te ſunt in ſua potētia imutatiua:neceſſariū igiť eſt vt deť aliqd
p q̄ tollātur iſta incōuenientia:z poſſet moyſes videre omnē
terrā chanaan ſicut in lr̄a exp̄imiť:iſtud aūt ptinet ad tertium
modū aſſignatū:qz ſi ponamus q̄ deuz creauerit ſpēs q̄ p̄uene
rint vſq̄ ad oculos moyſi oīum illaꝝ rez ſiue ille ſpēs eſſent cō
fortate in ſe:ſiue nō cōfortate ſiue potētia viſiua eſſet roborata:
vel nō:ſpēs create p̄uenientes ad potētiam viſiuā imutarēt eā.
iſte g̃ modus aſſignari dz de quo diceť.j.34.c.q̄ aūt iſta viſio
ad tñ ſpacium nō fuerit nāliter facta:ſed ſupnāliter creata vel
ꝓductā innuiť.j.34.c.cū dz oñditq̄z ei dñs oēm terraz galaad
vſq̄ dan:z nō dz.(Vidit oēm terrā vſq̄ dan.)q.d.q̄ nō vidit
ipſe p ſe viribus nālibus:ſed deus oñdit ei creando aliqd ſu-
pnāle ſicut erat creare ſpēs veniētes ad oculos eius de oībus
iſtis rebus:vnde igiť eſt q̄ iſta viſio nō fuit nālis.(Jūgeris po
pulis tuis).i.trāſibit ad ſocietatē ſanctoꝝ patrū in limbo q̄ dz
ſinus abrae.(Sicut mortuus ē aaron frater tuus in mōte hoz.)
Mortuus fuit aaron in mōte hoz vt pz Nu.20.et.33.c.in pa-
ce videte moyſe:iō ipſe deſiderauit talē mortem.(Qz ꝓuaricati
eſtis ō me.)Quo.n.ꝓuaricati fuerunt diximus ſatis late Numñ.
20.c.quo ād iſta mors potuerit eē pena moyſi:q̄ de vita miſera
trāſiuit ad meliorē ſtatū dictū fuit late.ō.3.c.circa finē.(Ad aq̄s
ōdictionis).i.in q̄bus ōdixit ppls dño nō ꝯfidēdo in bonitate z
ptāte eius.(In cades deſerti ſyn.)Iſta ē cades barne vt ꝓbaui-
mus Nu.32.c.(Et nō ſanctificaſtiſ me coꝝ filijs iſrael.)Debue
rāt moyſes z aaron dicere lapidi:lapis mādamus tibi ex parte
dei q̄ ſcindaris:z des aq̄s abūdanter iſti ppło. ſed ꝓturbati ex
murmuratiōe ppli icepunt iurgari ō pplz vocātes eū rebellē:z
ſic ppls nō bñdixit deū.(Eō videbis eā).i.ex oppoſito z a remo
tis:ſed nō itrauit.(Et nō igredieris in eam:quā ego dabo filijs
iſrael.)Hoc referť ad terrā de qua locutus fuit ſupza deus.ſ.vi
de terrā chanaan quā ego tradā filijs iſrael:nā ad hāc nō fuit
igreſſus moyſes:ſed nō eſt putādū q̄ iſta terra chanaan de qua
hic dz ſit terra chanaan q̄ vocať terra ꝓmiſſionis ſolū:qz extra
iſtā terrā de qua hic logtur erat alia terra ꝓmiſſionis.nā terra
tribuū duaꝝ.ſ.rubē z gad:z dimidie tribꝰ manaſſe:z intra iſta
moyſes itroiuerat.nā i iſta tē erat cū eēt i valle ō phanū phegoꝝ
ō quo.ō.3.et.4.c.z ſic dōz ē q̄ moyſes itroiuit i trā ꝓmiſſiōis:ſz
ñ itroiuit i trā ꝓmiſſiōis itra iordanē:cū āt dz z nō igredieris i
eā nō itelligiť de terra ꝓmiſſiōis ſimplr ſumēdo: ſz de illa pte
q̄ erat vltra iordanē ad q̄z maioꝝ iſrlitaꝝ ps trāſitura erat:aliā
āt ptem denoīare nō curauit:qz hēbat pauciores poſſeſſores.

Spēs viſi-
bilis ſemp
p rectā li-
neā dirigiť

B

†
In monte
hoz mortuꝰ
fuit aaron.
†
†
†
†
Notanduz

C

Deter. capi
tuli.

Capitulum.xxxiij.

Hec ē benedictio qua benedixit moyses hō dei filijs israel ante mortem suaz. Et ait. Dominus de syna venit: z de seyr ortus est nobis. Apparuit de monte pharan: z cum eo sanctorum milia. In dextra eiº ignea lex dilexit populos.

Connexio capituli.

Hec est. Postq̄ fuit ꝓnunciata moz moysi ponit bñdictio eiusdem sup quālibet tribum populi: quia mos sanctoz patrum erat bñdicere filios ante mortē: sicut pz ō Jacob Geñ. 49. c. ¶ Et ponunt tria. ¶ Primo ꝓmittit ꝓfatio. ¶ Scō ponit executio ibi. (Uiuat rubē.) ¶ Tertio infert cōclusio ibi. (Non est alius). (Hec est benedictio.) Iste est titulus bñdictiōis. Et qa moyses bñdicebat istas tribus: qz erat populus dei suscipiendo legem: iō subdit de ipsa lege. (Dñs de syna venit). i. dñs venit ad nos i syna: qz ibi apparuit nobis dans legem. (De seyr ortus est nobis.)

Diuisio eiusdem.

Prefatio bñdictiōis

†

¶ Utrum deus ꝓmo ꝓsentauerit legem decalogi ismaelitis: z idumeis: z noluerint eam recipere.

Qō. I. A

Dicunt aliqui iudei qº deº ꝓmo ꝓtanuit istā legem decalogi idumeis q morabant in monte seyr q erant de semine isaac: z cum deus ꝓnunciaret mandata z accessisset ad gntum. s. nō occides: dixerunt idumei nolumus istā legē: qz patri nr̄o dictum fuit vives in gladio vt pz Geñ. 27. c. Deinde iuit dñs ad ismaelitas q erant de semine abrae: qz ismael erat filius abrae vt pz Geñ. 16. c. z isti morabant apud desertum pharan vt pz Geñ. 21. c. z ꝓposuit eis dñs legem: z cū legisset dñs sertum mādatum. s. nō mechaberis noluerūt: dicentes qº patri suo dictū fuerat qº deret nimis multiplicari vt pz Geñ. 21. c. iō nolebāt q̄liter cūq; gignere. Lū āt isti recipe voluert vēit deº ꝓponēs eis legē: z voluert eā cū desiderio accipiētes: z fz h̄ exponūt. (De seyr ortº ē nob). i. de mōte seyr vēit ad nos i quo morāt idumei. (Apparuit de monte pharan). i. Apparuit nobis in mōte synai veniens de mōte pharan in quo habitabant ismaelite.

†

†

Improbō exponiz nō nullor.

Prima rō

¶ Sed ista expō ficta est z ꝛria sacre scripture: qz sepe in isto libro dz qº elegit deus iudeos pre cūctis ppls ēre. Si aūt prius voluisset dare legē idumeis z ismaelitis nō elegisset magis iudeos: sed magis idumeos: z qz dz. s. 4. c. qº numq̄ auditū fuit a seculis qº aliqua gens audiret deum loquentē sicut iudei: sed si idumei vel ismaelite fuissent a dño regsiti vtrū volebant legē:

Scōa rō.

necesse erat qº deū loquētem audirent: vel angelū eius loco q deus vocat. ¶ Itē qz vt ipsi fingunt in sua narratione deº iuit ad idumeos: z recitauit eis mandata: z cū pueniss̄et ad mādatū gntū de nō occidendo: dixerunt idumei qº nō poterāt obserua re talia mādata: qz eis datū erat qº in gladio viuerent: audita ē g̃ vox dei a pud istos nō solum in gbusdā ꝓlocutionibus añ receptionē ꝓceptoz z recitationem: sed in ipsa recitatione vsq; ad gntum ꝓceptū: lr̄a tñ supza. 5. c. negat a seculis deū fuisse locutū alicui genti: idē de ismaelitis arguit. nā fm qº ipsi ꝛfingūt deus dixit se velle eis dare legē: z ipsi inceperunt audire: cūq; puentum foret ad mādatū sertū nō fornicaberis: dixerunt ismaelite se nō posse talem legē obseruare: qz vita eoz in coeūdo ad gnationē vt ꝓnotatum est. g̃ z bis deus locutus foret: z sic semꝑ multiplicat incōueniens. Itē rōnes quas assignat ꝓ quolibz istoz vt se a lege excusarent: incōuenientes sunt. nā cū dixissent

B

idumei qº in gladio eis viuēdū erat nō tollebat gn posset ob seruare istā legē de nō occidēdo: qz nō dz viuere in gladio solū ille q imo nō dz viuere in gladio ille q occidit: sed ille q est fortis in armis z hz cōtinuaz exercitationem armoz: cuius erat in

Tertia rō.

idumeis q erant viri bellicosi. ¶ Item dato qº ipsi occiderent boues nō seq̄bat ex hoc qº repugnabat eis mandatū istud: qz h̄ nō ꝓhibet homicidium simplr: sed homicidiū qō iniuste fit: poterant autem ipsi iuste occidere alios: qz forte essent hostes sui.

Quarta rō

¶ Item rō que ponebat ad excusandū ismaelitas a susceptiōe legis nō est sufficiens. nā ipsi intēdebant multiplicationē ꝓ gnationē: z ista nō repugnabat illi ꝓcepto: qz multiplicatio nō fit ꝓ

Per qd fit ꝓlis multiplicatio.

adulterium: sed ēt ꝓ legittimas nuptias: imo magis ꝓ nuptias honestas: qz si indifferēter accessus fieret ad quācunq; mulierē nō sequeret gnatio sicut pz in meretricibus que non gignūt: ex nuptijs aūt ples sequunt magis: g̃ ista rō ꝛ eos militat q̄ꝓ eis: si aūt hic ꝓhiberet simplr oīs coitus esset manifestū qō ip si volunt. s. qº istud ꝓceptum repugnaret eis: sed nō ē sic. ¶ Itē

Quinta rō.

neutri istoz rōnabiliter moueri possent ad repugnādū receptioni ꝓceptoz: qz ꝓcepta decalogi sunt nālia: naz gentes que legem nō hñt nāliter ea q̄ legis sunt faciunt vt pz ad Ro. 2. c. ea aūt que nālia sunt cōia sunt. nō g̃ dz̄et aliqua gens cām veram vel apparentē: quare deberet abijcere ꝓcepta hec: secus autē si essent ꝓcepta iudicialia vel cerimonialia q̄ nō sunt nāliter determinata ad hoc vel illud: qz in his possent recusare: sed i moralibus. s. ꝓceptis decalogi q̄ isti dicūt partim recitata ismaelitis: z idumeis nō poterant recusare: g̃ nunq̄ eis fuerunt recitata. ¶ Item qz illa gens recipe debebat legē de qua messias futurus erat vt spāliter sanctificata esset: sed de israelitis vēturus erat: g̃ nō debebat dari ismaelitis. Minoz pz qz Geñ. 21. dz in isaac: vocabit tibi semen. ēt nō debuit dari idumeis: qz deº hē bat eos odio vt pz Mala. c. 1. iacob dilexi esau āt odio habui.

Secta rō.

L

Probō nico.

¶ Nicolaus ꝓbat hoc alio modo. s. qº non data fuit ismaelitis nec idumeis: qz ppls iste fuit spāliter dilectª a deo vt pz in abraam quē deus fidelem sibi separauit de idolatris vt pz Geñ. 12. c. z dedit ei circūcisionem vt pz Geñ. 17. c. dedit ēt istis legē vt pz Exo. 20. c. z ēt dz de istis ps. 146. nō fecit taliter oī nationi: z iudicia sua nō manifestauit eis. Sed non vīr ista multū agere. nō ꝓmum qz abraā nō solum fuit pz israelitaz: sed ēt ismaelitaz z idumeoz: iō qº abraam fuerit pz nisi alia rō intercidat: nihil erit ad dz̄iam idumeoz z ismaelitaz ab israelitis. ¶ Nec valet fm: qz circuncisio nō fuit data spāliter israelitis: sz abrae. Et post eū circuncisus fuit ismael vt pz Geñ. 17. c. z ēt post esau fuit circūcisus a quo sunt idumei. Si aūt post idumei vel ismaelite nō seruarēt circuncisionē hoc nihil attinet. ¶ Nec tertiuz valet: qz si verz est qº soli israelite legē susceperunt: tñ illi iudei dicunt qº alij regsiti fuerunt a deo qº reciperent eaz ꝓmo. Et sic quantū ad istam partē peccat ꝓ fallaciā petitionis ꝓncipij: qz petit qō ꝓbare deberet. ¶ Nec valet quartum: qz ibi dz z iudicia sua nō manifestauit eis: qz dato qº lex fuerit ꝓposita ismaelitis z idumeis: tñ qz nō receperunt eam nō fuerunt eis ꝓposita iudicia. i. iudicialia mandata nec cerimonialia q̄ post decalogū dari debebant: z sic data fuerunt iudeis vt pz Exo. 21. c. s. post c. 20. in quo datus fuerat decalogus. ¶ Alij exponūt. (De seyr ortus est nobis). i. deus dedit nobis legē dimittens ismaelitas q erant in monte pharan: z idumeos qui erant in monte seyr i idolatria sua: z hoc fuit magnū bñficium: qz ismaelite erant filij abrae: z idumei adhuc magis ꝓpīe: qz erant de vtroꝛe libera qº g̃ isti dimitterent z israelite sine aliquo merito a deo eligerent maximū bñficiozum fuit: z hoc dicit dñs Mala. 1. c. dilexi vos dicit dñs: z dixistis in quo nos dilexisti: nonne frater erat esau iacob dicit dñs z dilexi iacob: esau autē odio habui.

Improbō exposnis.

¶ Ista expō satis vera est: sed non cōsonat multū lr̄e: qz lr̄a eadem dicit hic de syna seyr z pharā. s. venire oriri z apparere q eundē sensum faciunt: pōt ergo intelligi lr̄a tota quantū ad dationē legis que fuit in monte synai cui aliqualr sunt vicini isti montes. s. pharan z seyr: iō dz̄ apparuisse deus de mōtibus istiz fm replicationem sniē: z pz hoc de monte pharā: qa Num. 10. c. dz̄ qº cum recesserunt filij israel de monte synai nubes requeuit ꝓmo in solitudine pharan: vel pōt dici qº qñ israelite mouebant iuxta montē seyr circuendo illū montē vt patet supza. 2. c. cepit populus laboris tedere z murmurare: quapp imisit dñs serpētes ignitos q cruciabāt eos z occidebant: mādauit āt dñs moysi facere serpentē eneū quē aspicientes sanabātur vt pz nu. 21. c. Et in hoc apparuit eis dñs supnāliter sanādo aspiciendo serpentē. ¶ Nicolaus dicit qº iō dz̄ deus apparuisse vel ortus fuisse de monte seyr: qz ibi in aspectu serpētis demonstrabatur misteriū xp̄i de incarnatione z passione sua que figurā habuit serpētis: sed nō erat serpens. i. videbat natus de carne pcti: sed nō fuit ficut serpēs ille nō erat verus serpēs: sed solā figurā gestabat: z dicit qº hoc mysteriū fuit cognitū moysi: hoc lz verz sit: tñ nō agit ad ꝓpositum: qz hic demōstrabat moyses cāz bñdictionis sue q̄ cognita deberet esse populo: alias frustra ꝓponeret qō nullo mō intelligebāt: mysteriū aūt xp̄i solis ꝓphetis distincte cognitū erat. ¶ Ideo dōm vz vt ante diximus: z tunc est sensus. (De seyr ortus est nobis). i. apud montez seyr declarauit se deus aliqualiter nobis dādo nobis curationē a morsibus serpentū. (Apparuit de monte pharā.) ibi ēt demōstrauit se deus israelitis: qz cū mouissent castra de monte synai venerūt in solitudinē pharā vt pz num. 10. c. in quo loco deus dedit coturnices ꝓ mēsem integrū ppło desideranti carnes: z hoc magnū bñficium fuit: deinde cū moyses q̄reret qº nō posset solus tantam populi multitudinē gubernare: misit deus spūm suū in. 70. seniores q statim ꝓphetauerunt illuminati a deo: ista duo būtur

Nic. opinio penes lr̄az.

D

Doct. expō lr̄e.

†

Num. 11. c.

† Numē. 11.c.7 est sensus.(Apparuit de monte pharan).i.demōstrauit se nobis in deserto pharan nos cibādo carnibus 7 iudices. 70.cōstituendo.(Et cū eo sanctor milia) .i.magna multitudo angelor astantium 7 ministrantiū deo vt pz Dañ. 7. milia miliū ministrabant ei: 7 decies milies centena milia assistebant ei. ¶Multi iudei exponunt istū passū de aīabus ꝓphetarū 7 doctor legis: dñt.n.q aīe oīum ꝓphetar fuerunt ibi cū deo i datione legis: 7 accepunt singuli ꝓphetias suas q̄s postea enūciauerunt.Et dicūt q ibi fuerunt oēs rabini cōditores talmud: 7 a deo illud acceperunt. Ista multū sunt erronea: q ponūt aīas simul creatas vel ab eterno: vel in rez ꝑmordio qō falsissimuz est. ¶Itē q dñt q tūc singuli ꝓphete receperunt suas ꝓphetias. ¶Sed hoc valde falsum est: q de multis ꝓphetis dr intelligi anno talis regis factū est verbū dñi ad talē ꝓphetaz: 7 rursum de eodē ꝓpheta dr multotiens q diuersis annis sub eodem rege multa a deo audierit. ¶Itē nō esset necesse q deus nouiter reuelaret aliqd cuiq̄ ꝓphete si a ꝑncipio illa cognouit in datione legis: ſ falsuz ē vt pz de omnibus maxime de daniele qui dicit se incepisse intelligere misteria: ergo 2c. ¶Item diceremus q ille q ꝓpheta esset nunq̄ posset deficere errādo circa res q̄s postea ꝓphetaret: sed falsum est: q legimus de nathan ꝓpheta a quo cū q̄reret dō vtrū faceret tēplū dño rñdit oē qō est in corde tuo vade 7 fac qñ dñs tecū est: deinde dr q eadez nocte apparuit dñs ꝓphete nathan dicens: vade 7 loquere ad dm: 7 mādauit q nō edificaret ipse domū dñi: sed filius q post eū regnaturus erat.(In vertera eius ignea lex.)Dr lex ignea: q deus dans illā apparuit in medio ignis loquēs vt pz Exo. 19.7.ē.4. et. 5.c.dr in vertera eius: q deus figurat hic vt portans legem in manu sua ad dandū eaz israel: sicut dr de moyse q portabat duas tabulas in manibus tenēs vnā in dextra relicta in sinistra vt pz.ē.9.c.7 Exo.32.(Dilexit populos).i.tribus. 12. israel: q vocari poterat q̄libet tribus vnus populus: imo vna trib⁹ multos populos hēbat: vt dixit iacob de manasse q multiplicaret in populos: 7 de efraim q multiplicaretur in gētes vt pz Genē. 48.c.(Uel dilexit populos).i.oēs populos terre vt pz sapie. 11. c.diligis oñe oia q̄ sunt: 7 nihil odisti eoz q̄ fecisti: 7 ponit hoc ad notādum spālem dilectionem ad israel: q lz alios populos dilexerit: tñ soli israel legē dedit 7 mirabilia sua demōstrauit. (Oēs sancti in manu illius).i.oēs sancti sunt cū eo sicut añ dixit 7 cū eo sctor milia: vel dñr oēs sctī.i.totus ppls israel qui erat multitudo sctor: sicut dr nu. 16.c.sufficiat nobis q oēs multitudo sctor ē 7 q ī ipsis ē dñs: 7 sunt isti in manu eius in gubernatiōe sua: q eos gñaliter 7 spāliter gubernabat. (Et q appropiquant pedibus eius accipiēt de doctrina illius.)Populus hebreor appropinquauit pedib⁹ dñi qñ apparuit sup montē synai ardētē 7 fumātē stāte pplo in valle apud mōtē: 7 ibi recepit doctrinā legis vt pz Exo. 19.et. 20.c.figurat aūt deus hic tanq̄ qdaz bō exñs sup montē. nā situs cōuenit corporibus: 7 eis q sunt aliqd in corpore tanq̄ extremitas vel otinuatio corpor sicut sunt pūcta: iō dñr sm philosophū pūcta hre positionē in linea: itelligit q deus vel angelus q erat loco eius erat magne stature 7 pedes eius sup montē: pplis aūt q erat in valle circa radices montis dicebat approp̄inq̄re pedibus dei: 7 iste modus loquēdi hr Exo. 24.c.qñ moyses ascēdit in montē cū iosue: q dr viderūt deū israel: 7 sub pedibus eius quasi opus lapidis saphirini: 7 q̄ si celū cū serenū est.(Legē p̄cepit nobis moyses.) Ista sunt vba posterior recolentiū legē datā a deo p moysen: 7 ponit ea moyses in pſona illor. Et hoc fuit quātū ad cerimonialia 7 iudicialia q̄ dicta fuerunt pplo p moysen. decalogus aūt imediate a deo p angelū repētātē eū sine aliquo humano ministerio datus est. Et pūt eē ista vba moysi loquētis de se ad pplm tanq̄ de altero quē ipse cōputabit vnus de pplo: q obligabat ad custodiā p̄ceptor sicut ceteri .(Hereditatē iacob).i.q istā legez suscepit israel ꝓ hereditate: q seruādo eā hereditarētur in terra ꝓmissionis: vel q sicut hereditas trāsit ad posteros iure successiōis: ita lex dēbat obseruari in eternū a tota posteritate israelitar: vt dr.ē.6.c.docebis ea filios tuos.(Et erit apud rectissimum rex) .i.apud israel erūt reges: vt postea patuit: 7 vocat israel rectissimus: q vbi nos dicimus rectissimū. hebrei hñt ieſur: 7 significat rectū vel israel vel dr hic rex deus q regnabat sup israel regens eos vt nullo alio rege indigerent: 7 hoc erat pp legē: q cū deus dedisset eis leges ipse erat eor dñs 7 rex: iō qñ populus israel petiuit regē deus dixit samueli non te abiecerunt sed me ne regnē sup eos: vt hr ꝑmo reg. 8.c.(Cōgregatis ꝑncipib⁹ populi cū tribubus israel).i.ista dicta fuerunt p moysen ꝯgregato toto israel.ſ.ꝑncipibus tribuū 7 ipse tribus.(Uiuat ruben.)Dic ponit ſm.ſ.bñdictionis executio: 7 ponunt tot benedictiones quot tribus sunt hic.ſ.xj.q nō bñdicit tribus symeon. Et dñt q rō est: q ꝑmo tractauit de vēditione ioseph 7 durius se habuit ꝫ eū q̄ alij frēs: iō ioseph tenuit eū in vinculis in terra egypti redeuntibus ceteris fratribus cū alimētis ad patrem vt pz Genē. 42.c.ſz alia rō est potior.ſ.q pauloante in eadē mansione vbi tunc erat israel tribus symeon fornicata fuerat cū moabitis 7 madianitis: 7 ꝑnceps tribus illius coza toto populo hoc fecit ad iniuriaz moysi vt pz Num. 25.c.(Uiuat ruben.) Incipit ab isto q erat ꝑmogenitus sm carnē lz iura ꝑmogenite ei ablata fuerunt: 7 trāslata ptim ad iudā partim ad ioseph: de quo dixit moyses Genē. 49.c.viuat rubē vita naturē.(Et nō moriat.) Mors eterna vt aliq volunt: sed magis vr q sit eadē sntia replicata ad maiorē exꝑssionē vt hr.4. Reg. 20.c.dispone domui tue q morieris 7 nō viues qō solū de morte corporis dr. (Et sit pauus in numero.)Hoc dixit moyses cōsonans dicto iacob Genē. 49. effusus es sicut aqua nō crescas: q maculasti 2c.in hebreo dr. (Sint pauci numero mortui eius.)Et pōt reduci ad intētionem lre nre: q iō.ē.dr.(Uiuat ruben 7 nō moriat.) Ideo seqt sint pauci numero mortui eius.ſ.ne tota trib⁹ destruat.(Uel q dr sit pauus numero.)Ideo mortui de tribu illius nō poterant esse tot sicut de aliis tribubus ceteris paribus: q de paucis viuētibus nō pōt esse multi mortui.(Nec est bñdictio iude.) Post ruben ponit iudas ꝓp dignitatē regalem trāslatā ad illū in iuribus ꝑmogenite: iō ponebat primus in vexillis castrametationis vt pz Nu. 2.et. 10.c.(Audi dñe vocē iude).i. dep̄cationem: q de eo reges vēturi erāt q in bellis clamarēt adiuuari a dño. Et hoc dr ꝓphetice 7 nō dep̄catiue 7 est sensus: tu dñe audies vocē iude te dep̄cantis: sicut pz de rege dō 7 salomone q sepe a dño exauditi sunt siue quantū ad bella siue ad alia: sic ēt exauditus fuit asa rex iuda ꝫ zaran ethiopē vt pz. 2. Paralipp. 14.c.7 iosaphat ꝫ amonitas. 2. Paralip. 14.c.7 iosaphat ꝫ amonitas 2. Paralip. 20.7 ezechias ꝓ sennacherib. 4. Reg. 19.c.(Ad populū suū introduc eū).i.da ei robur vt itret in terrā ꝓmissiōis q̄ est populus suus.i.locus in quo habitare dr vt destruat hostes. Et pz hoc q supra dicebat de exauditione in bellis 7 infra etiā de bello. Nicolaus exponit de introductiōe ad limbum in quo erāt sancti patres: q de quolibet iusto moriente dicit scriptura 7 appositus est ad pplm suum: sed ꝑma magis cōsonat lre. nam si intelligeret de introductione ad limbū esset lra nugatoria.ſ. q inculcaret id qō petebat. nā nullus petit qō hz: sed dicēdo q limbus erat locus populi sui inuebat ꝙ ipse erat de viris illis q ipse eēt cū eis q ibi erāt. q nō oportebat rogari ꝓ illo vt esset in populo suo: 7 sic nō intelligeret isto mō. ¶Itē si rogaret vt introduceret in limbū q̄ritur an rogaret ꝓ ipsomet iuda filio iacob: an ꝓ tota tribu eius nō est dr q rogaret pro eo: q iudas mortuus erat iam a multis annis de quo cum fuisset vir iustus nō dubitat qn staret in limbo maxime ipse moyses qui erat vir ꝓpheta 7 dei secretarius nō igit rogaret vt introduceretur in limbū: 7 si forte diceret q esset in iferno iferiori nō oportebat rogari q introduceret in limbū: 7 si forte diceret q esset in iferno iferiori nō oportebat rogari q introduceret in limbū. Si aūt dicat q rogabat ꝓ tota tribu nō multū videt q rogaret magis ꝓ tota illa tribu quātum ad ea que ptinebāt ad bonum statū aīe q̄ ꝓ aliis: nō ergo de hoc exponi dr. ¶Item nō cōsonat ista particula lre alicui parti lre exponēdo sm istū sensum: exponēdo autē vt supra exponebat. ſ. de introductione in terrā chanaan q̄ erat populus suus.i.terra ꝓmissa ipsi: que introductio fiebat viribus armor cōsonat ista lra p̄cedēti 7 subsequēti: de lra p̄cedēti pz: q dr supra. (Audi dñe vocem iude.) Qō itelligebatur de exauditione in bellis ēt sm sntiam nicolai de lra sequēti q itelligat de armor exercitatione bellica ad introeundū in terram ꝓmissionis: pz cum dr .(Manus eius pugnabit pro eo).i.ipse fortiter pugnabit viribus manuum suarū in hostes pios 7 adiutor illius ꝫ aduersarios eius erit. Reducēda est ergo lra ad istam exp̄nē.(Manus eius pugnabūt ꝓ eo) .i.ꝓ se ita q iudas nō indigebat alijs adiutoribus: q viri fortissimi ad pugnā erāt: vel .(Pugnabunt ꝓ eo).i.ꝓ populo israel: q vsq ad eleuationē regum in israel iudas erat ꝑnceps bellorum vt pz Judic. ꝑmo vbi quesiuit populus a dño qs ascendet ante nos ꝫ chananeum 7 erit dux belli: dixit dñs iudas ascendet 7 iudic. 20.qñ quesiuerūt quis esset dux ꝫ filios beniamin in gabaa: rñdit dñs iudas sit dux vester.(Et adiutor illius contra aduersarios eius erit.)Est mutatio pſone 7 refertur ad deū .i.deus adiuuabit eum ꝫ hostes suos. Et hoc siue ante tpa regū siue tpe regū: q ipsi reges de iuda erant ꝑter saul q fuit de tri-

Bñdictōis executio.

Bñdictio ruben.

Bñdictio iude.

Uera expō lre.

Doct. expō

bu beniamin vt pz pmo Reg.9.ca. Ra.sa.spāliter intelligit hoc de iosaphat rege iuda q clamauit ad dñm voce magna cum in grauaret bellū sup eum in ramoth galaad vt pz.3.Reg.22.ca. z liberatus est. Sed idē dōm est de oibus alijs de tribu iuda q clamauerunt ad dñm. Et addit hoc de adiutorio dei: qz dictum fuerat.ō.q.(Manus eius pugnabūt p eo).i.q manꝰ iude erāt ita fortes q sufficiebāt ad delendū hostes: nec regrebant aliq alij adiutores. ¶ Aliqs aūt ex hoc accipet occasionē errādi putans q tūn erat robur manuū iude q ēt sine spāli adiutorio dei posset delere hostes: ad qō dz. (Et adiutor illius ō aduersarios eius erit).i.dato q viri de tribu iuda essent fortissimi pugnatores: tñ oia q faciebāt operabant adiutā deo. sic dz.ō.8. c.ne diceres in corde tuo fortitudo mea z robur manus mee hō mihi oia pstiterunt: sed recordaris dñi dei tui q ipse tibi vires pbuerit vt impleret pactū suū: debuit igit hoc ad declarationē supiorīs dicti subiungi. (Leui quoq; ait.) Descripta bñdictione inde ponit bñdictio leui pp dignitatē sacerdotalē: z iō iste due tribus sociate erant quātum ad cōnubia: vt magis dirim⁹ Leui.21.c. ista rō dz esse satis colorata: sed nō est multū exās: qz si attēdat dignitas sacerdotalis cū illa sit potior q̄z dignitas regalis deberet pponi: sed nō pponit. g nō attendit hoc: sed dōm ē q magis attēdat ordo in natiuitate. nā pmus inter filios iacob fm carnē fuit rubē: iō pmo bñdictus fuit post hūc sequebat symeon in ordine natiuitatis: z iste ōnr bñdicēdꝰ erat. Sed nō fit mētio de eo in toto isto cathalogo bñdictionū ex cā supra assignata post hūc in ordine natiuitatis erat leui: z iste pponendus erat: sed ōsiderata dignitate tribus iuda fuit ppositus: deinde redijt leui vt poneret in ordine natiuitatis sue ante alios seqn tes: z dato q nulla ōiunctio esset hāc duāz tribuum in ōnubijs aut dignitas aliqua sacerdotalis in tribu leui poneret posito iuda ne quātum ad oia fieret ordinis trāsmutatio. (Perfectio tua.) Ista verba dirigunt ad deum. (Perfectio tua).i.vite sanctitas. (Et doctrina tua).i.doctrīa legis. (Uiro sancto).i. ista de dixti moysi q ē vir sanctus. Et erat de tribu leui. Et dicebat ista moyses de se tanq̄ de alio humilians se. Et sic Joannes euāge lista logtur de seipso in suo euāgelio.c.vltimo in.3.psona dicens: vidit discipulū illum quez diligebat: z ipse erat ille discipulus: vel qz moyses dicebat ista pphetice compellebat dicere quōcunq; ei deus inspiraret: siue de se siue de alio in laudez vel vituperium: z sic ipse scripsit ea q̄ hīr Num.12.c.q multū faciunt ad laudē moysi. Et pōt intelligi hoc de sacerdotibus qbus date fuerunt lamine auree: in qbus erat doctrina z veritas posite intra rōnale i pectore sacerdotis magni vt pz Exo.28.c. Et ista doctrina z veritas vocant. hebraice tumin z vrin. i. pfectio z doctrina sicut hic ponit. vñ in hebreo eadē verba ponuntur hic z Exo.28.c.qūo aūt vocet illa doctrina z veritas sup eodē c. Exo. dictum fuit late. Alio mō pōt hoc intelligi referēdo eodē modo ad deū. s. q loquat moyses ad deū de tota tribu leuitica: potissime quātum ad partem sacerdotū. (Perfectio tua z doctrina tua viro sancto).i.deus tu posuisti doctrinā tuam z pfectionē tuaz in viro sancto. s.i tribu leuitica q̄ erat sancta: z hīs doctrinā dei de pfectione. pz qz pfectio nihil aliud est q̄ quidam gradus magnus puritatis z incōtaminationis: z hoc erat in sacerdotibus pcipue: qz tractabāt ministeria dñi iuxta illud Esa. mundami q fertis vasa dñi. dz ergo pfectio dei viro sancto. i. (O deus tu dedisti pfectionem tuam).i.pfectionem magnam in puritate vite quā tu diligis z obseruare iubes. (Uiro sctō).i.tribui leui in qua sunt viri sancti: qz istis iussisti spāliter vite puritatē. (Et doctrina tua).i.tu dedisti doctrinā tuam viro sancto: doctrina dei vocat doctrina legis qz deus legē dedit: iō doctrina eius doctrina dz: z hanc tradidit viro sancto: qz tradidit eā dispēsandam leuitis. nam leuite erant doctores legis inuigilantes circa studium eius: sic dz Mala.2.c. labia sacerdotis custodient sciam z legem exgrent de ore eius: qz angelus dñi exercituū ē. hec aūt doctrina nō fuit cōmissa alicui alteri tribui: qz reliqe occupationibus agriculture z bellicis exercitationibus laborabant: solam aūt leuiticā tribū deus ad obsequm suum spāliter elegit z ad dispēsandum doctrinā vt pz Nu.3.c. iste sensus est accipiendo q lra intelligat tota de tribu leui potissime in parte sacerdotali: z sic alias partes lre prosequi possemus: alio modo intelligi posset de moyse. s.(Perfectio tua z doctrina tua viro sancto).i.tu dedisti pfectionem vite z sinceritatem moysi qui erat vir sanctus: qz fecit eum deus valde purum atq; immaculatum viz. (Et doctrina tua).i.deus dedit ei doctrinam suam.i.dedit ei legem dispēsandam z gubernādum. nam p ipz data est: cū enim deus dedisset in clangore buccinaz decem pcepta sup montem synai audiente cuncto populo: dedit deinde pcepta cerimonialia z iudicialia ipsi moysi stante cum eo in mōte vt pz Exo.20.c.z.ō.5.c.z ipse postea coram toto populo recitauit ea vt pz Exo.24.c. competebat ēt moysi q̄ esset doctor legis: qz exponebat corā eis legem qñ in aliquo dubitabant. Et fm hoc applicabit tota sequens lra. Sed vt melius ptes cōueniant expōni necessarium est assignare hic vnā de septem regulis ticonij. s.qñ fit transitus de parte ad totum: vel interduz de toto ad ptem: z fit perturbatio magna pro his qui ad talia nō aduertunt. nā putabit aliqs totam lre expōnem cōtinuam esse ita q si pma pars expōnis fit de parte q̄ tota lra fit de parte: vel si principium lre est de toto q̄ tota expō sit de toto: fm istā regulam fit trāsitus interdum de parte ad totum interdū de toto ad partem: ita vt vna pars lre exponat de toto z alia de parte: hic aūt totum est tribus leuitica: pars sua est moyses vel glibet de illa tribu: q ergo aliqd huius lre exponat de solo moyse z aliqd de tota tribu leuitica est transitus de toto ad partem vel cōrio: z necessariū ē vti hac regula sepe in expōne sacre scripture. nā aliqs contextus lre est qui quātū ad aliqd sui conuenienter ō parte exponit z nō de toto: z aliqua pars illius q̄ conuenienter exponit de parte z nō de toto: sic aūt est hic qz quedā partes pti nent ad solum moysen: alie aūt ptinent ad tribū leuiticaz cū dz. (Perfectio tua z doctrina tua viro sancto.) Qō ad moysen ptinet. s.q tu deus dedisti pfectionem vite in puritate moysi faciēdo eum viz valde iustum z pfecti animi tecū. (Et doctrina tua) .s.doctrina legis quā dedisti ei dispensandā z exponēdā. (Quē pbasti in tentatione.) Hoc ēt ad ptem refert. s.ad moysen z nō ad tribū leuiticam. nā moyses fuit qui sepe tentatus z pbatus est: quotiens. n. populus murmurabat ō dñm: aut tentabat eum insurgebat ō moysen defensantem partem dei: z moyses laborabat in repugnādo illis z deiiciendo eos a suo ppōsito: z interduz disponebat se magno discrimini. s.ad mortē vt pz in raphidin qñ defuit aqua: qz valde murmurauerunt ō eū z ō deū. Et tunc moyses cōuersus ad deum dixit adhuc pusillū z lapidabit me populus iste: z sic in alijs tentationibus ꝓuocabant animam eius ad amaritudinem: ita vt compelleret ad deū: in his aūt oibus tentatus nō cessit opinioni aut desiderio peccatoruz: sed veritatē inconcusso animi vigore seruauit. (Et iudicasti ad aquas ōdictionis.) Hoc etiam de parte intelligitur. s.de moyse: nam non cōuenit toti tribui leuitice q̄ iudicata fuerit ad aquas contradictionis: solus enim moyses ibi iudicatus fuit: z accipitur hic iudicare idest condemnare. nam moyses ad aquas contradictionis in cades deserti fin siue in cadesbarne quod idem est excussit aquam de petra: z cum debuisset deum laudare z facere q̄ laudaretur a filijs israel incepit eos dure increpare dicens: audite rebelles ꝛc. Nume.20.c. ista omissio fuit ei imputata ad peccatum magnum: ideo condemnauit eū deus ibi non quidem ad aliquam penaz mortis eterne: sed ne intraret in terram chanaan vltra iordanem: vocantur iste aque contradictionis: quia ibi contradixit populus domino tentando eum. (Qui dixit patri suo z matri sue nescio vos.) Hoc refertur ad totum .s.ad tribum leuiticam. nam dicere patri z matri q̄ nesciebat illos fuit in occisione idolatrarum in castris: quia tunc moyses stans in portum castroruz: ait siquis domini est iungat mihi: z tunc congregati sunt ad eum omnes filij leui: z posuit vnusquisq; gladium super femur suum: z ambulantes per vicos castroruz de porta vsq; ad portam occidebant omnes insignitos signo auri vituli quod in aqua puluerem factum biberunt: z licet essent aliqui cognati eorum qui cedem istam faciebant non liberabant eos: sed omnes occidebant quantumcunq; coniunctos consanguinitate: z sic erat ac si nullo modo cognoscerent eos. ¶ In hoc dubitaret aliquis vtrum leuite qui illā stragem fecerunt: occiderunt ibi patres suos aut matres. ¶ Et videretur q̄ fecerint ex littera ista cum patres z matres ponat ab istis nescitos: nescire autem ad hoc proprie dicitur non curare de aliquo tanquam si esset totaliter ignotus: ergo si isti nesciuerunt patres necessarium fuit q̄ quantum aliquid ipsi fecerunt de patribus suis z matribus tanquam non cognoscerent eos: hoc autem in nullo erat nisi eos occiderent sicut ceteros idolatrantes. ¶ Sed dōm est q nō occidit aliquis de istis leuitis patrem suum aut matrem: qz vt declarauimus.ō.13.c. in illo casu lz filio occidere patrē suum aut matrez siue peccatoz sit siue nō: nisi forte deus exprēsse hoc mandaret: z q̄ constaret certissime deum esse eum qui mandabat. nam tunc teneret hoc agere: sed nunq̄ tale quid repertum est: cum igitur dicitur q̄ isti dixerūt pri z mri nescio vos. ponit ad exagerāduz: qz iste ē modus ꝓpheticus

Qō.3. A Occasio erroris aliquoz ex hac lra.

† Bñdictio leui.

† † † †

pbetic⁹ ꝗ̄tū ad quēdaz modū ⁊ nō ponit ad figñandū vitatē. ſ. q̄ ſic eſſet. (Et frīb⁹ ſuis ignoto illos.) De b̄ ſatis eſt cōcedēdum q̄ ſm veritatē cōtigerit. naz alīq leuite occiderūt frēs ſuos acci piendo frēs nō ex alterutro parēte ſz ex altero. ſ. ex matre: ſicut declarauimus Exodi. 32. c. (Et neſcierūt filios ſuos.) Quia forte occiderūt aliquos de filijs ſuis. hoc. n. verū eē potuit: q̄ filios licebat occidere pro crīe idolatrie: ſicut. ō. 13. c. declaratuz fuit. (Di cuſtodierūt.) Totū q̄ ſeq̄ ptinet ad totū. ſ. ad ipſaz leuiticā tribū ⁊ nō ad ſoluz moyſen cuz loquat in plurali vt pz in applicatiōe: pōt ēt p̄cedēs lr̄a aliq̄lr differēter a ſupiori expōne declarari. (Quez ꝓbaſti i tentatiōe). i. in loco tentationis: q̄ ſepe multi labores acciderāt moyſi ex pſecutiōe ppli vt pz in exodo ⁊ libro numeroꝝ ⁊ in iſto. (⁊ iudicaſti ad aquas ꝯdictionis). ſ. in cadeſbarne vbi ppls murmurauit ꝯ oñm pp aque penuriā vt pz Numī. 20. c. ⁊ ꝯdixit ppls oño. oꝝ ibi iudicat⁹ moyſes: q̄ i alijs locis de⁹ tentabat eū: ſz q̄ nō peccabat non obligabat eū ad aliquā penā: hic aūt peccauit iō iudicat⁹ fuit ad penā nō trāſeūdi iordanē. (Qui dixit p̄ri ſuo ⁊ mr̄i ſue neſcio vos.) Hoc trāſferē ad alios de tribu leuitica: ⁊ iſti ignorauerunt p̄ez ⁊ mr̄ez ⁊ oēs cognatos: q̄ multi de leuitis recedebāt de ciuitatib⁹ ſuis de domib⁹ patrū ſuoꝝ ⁊ familijs ⁊ aſcēdebāt in locū quez oñs elegerat vt ibi ppetuo oño ſeruirent: vt pz de ſamuele q̄ oblat⁹ fuit a matre ſua vt ſuiret oño in tabernaculi offō vt pz ꝑmo Re. 1. c. ſic ēt dr̄. ō. 18. c. de portionib⁹ leuitaꝝ aſcēdentiū ex deuotione vt ſeruiāt oño in ſanctuario. ¶ Uel pōt intelligi de leuitis q̄b⁹ dixit Moyſes ſi q̄s eſt oñi iungat mihi: ⁊ cōgregati ſuerūt ad eū oēs filij leui. ⁊ dixit ponat vnuſq̄q̄ gladiū ſuper femur ſuū ⁊ occidat frēm ſuū ꝓximū ⁊ amicū. Et ſic fecerūt occidētes fratres ⁊ filios: ꝓximos ⁊ amicos vt pz Exo. 32. c. Utrū aūt aliq̄s occiderit ibi patrē aut matrē nō legit expreſſe ſed potuit eē: q̄ in hoc nulla reuerētia vl̄ p̄mus bonoꝝ b̄ñdus erat vt pz. ō. 13. c. vt aliqui volūt vbi nulla fit dr̄ia pſonaꝝ ꝗ̄tū ad ſcelus idolatrie: ⁊ oñr̄ iſti leuite ignorare cognationē q̄ ita occidebāt cognatos ſuos q̄ſt nō cognoſcētes eos: nec faciētes dr̄iā cognatorū ⁊ extraneoꝝ. (Di cuſtodierūt eloquiū tuū.) Cōuertit ad deū .i. legē tuā: q̄ occiderūt cognatos ſuos idolatrātes ſicut lex mā dauerat. (⁊ pactū tuū). i. legē tuā: q̄ eā pepigit deus cū filijs iſrl̄ laudās leuitas cozā eo. (iudicia tua). i. p̄cepta iudicialia: q̄ occidere idolatrātē p̄ceptū iudiciale erat cū dirigeret ad regulationē ꝓximi i agibilib⁹. (Et legē tuā o iſrl̄.) Replicatio ſñie eiuſdē eſt: q̄ iacob ⁊ iſrl̄ ſunt idē ⁊ iudicia ⁊ lex. Sed ra. ſa. dicit q̄ leuite cuſtodierūt pactū de circūciſione q̄ ipſi cuſtodierūt filios ſuos natos in deſerto: ⁊ nō alie tribus. ¶ Sz b̄ ꝓtra vnuz eſt ei q̄ dr̄ Joſue. 5. c. ſ. q̄ ppls q̄ in deſerto natus fuerat p. 40. ānos incircūciſus erat. nec valet ſi dicas q̄ ſolū intelligit de alijs tribubus. q̄. j. ponit vl̄r. nec aliq̄s eos circūciderat. i. nullus ergo nec leuite ⁊ deinde ſubdit q̄ poſtq̄z oēs circūciſi ſunt mānſerunt in caſtris: nullus ḡ in deſerto circūciſus eſt: ⁊ iſta eſt poſitio cōis oīuz catholicoꝝ doctoꝝ. (ponent thimiama in furore tuo). i. ad aduertēdū furorē oñi a pplo: q̄ cum aliq̄ pſona vel totus ppls peccaret p ignorātiā vel negligētiā oblato pro eis ſacrificio cuz thimiamate auferebat furor oñi a pplo vt pz Leui. 3. et. 4. c. ⁊ nu. 15. hebrei oñt. (Ponēt thimiama in naribus tuis.) Et rō diuerſitatis eſt: q̄ vbi nos dicimus in furore hñt hebrei beaf q̄ ſignificat duo: q̄ af ſignificat narē in ſingulari vel furorē: q̄ furor in narib⁹ anbelātib⁹ demōſtrat. Et ſcōm lr̄az hebraicā eſt ſenſus q̄ leuite ponerēt thimiama in naribus dei. i. valde redolēs deo: q̄ de iſtis ſacrificijs ſepiſſime dr̄ holocauſtum odoris ſuauiſſimi oño vt pz Leui. 1. c. ⁊ ſic pingit deus q̄ſi nares hīs q̄b⁹ odorē ſacrificioꝝ recipiat. (⁊ holocauſtū ſup altare tuuz). i. ſup altare holocauſtoꝝ q̄ erat in atrio tabernaculi. thimiama aūt ponebat ſup altare aureū q̄ erat ante tabernaculū itra ſancta ſanctoꝝ. Et itelligunt oīa alia ſacerdotalia ⁊ leuitaꝝ officia de q̄b⁹ totū leuiticū ⁊ multotiēs in libro numeroꝝ. (Benedic oñe fortitudinē ei⁹.) Hoc itelligit de machabeis q̄ fuerūt de genere leui: ⁊ de ſacerdotib⁹ magnis vt pz ꝓio macha. 2. c. ⁊ vltimo. iſti. n. fecerunt opa mirabilia ꝯ aduerſarios legis: ⁊ pro ea mortui ſunt de q̄b⁹ in duob⁹ libris machabeoꝝ: iō moyſes cognoſcēs eos in ſpū ꝓphetico erat pro eis. (b̄ñdic oñe fortitudinē ei⁹). i. multiplica ad reſiſtēdū hoſtib⁹ ⁊ iuadēdū. (⁊ opa manuū ei⁹ ſuſcipe). i. bella q̄ ꝯ hoſtes geſſerit ſint accepta vlīa tibi. (percute dorſa inimicoꝝ ei⁹). i. oēs hoſtes q̄ pſeq̄bant eos vt cōpellas eos in fugā ⁊ vertāt terga machabeis q̄ ipſi pcutiāt. (⁊ q̄ oderūt eos nō ꝛſurgāt). i. nō roborent hoſtes eoꝝ ꝯ eos. (Et beniamin ait.) Poſita b̄ñdictiōe leui ꝛſcribit b̄ñdictio beniamin: q̄ in tribu beniamin erat loc⁹ in quo ſacerdotes ⁊ leuite miſtra re deberēt. ſ. in hierlz q̄ erat in ſorte beniamin vt hr̄ Joſue. 18. c. (Amātiſſim⁹ oñi.) Trib⁹ beniami erat valde dilecta a deo. q̄ ꝑz q̄ ꝑm⁹ rex iſrael electus a deo fuit ſaul q̄ erat de beniamin vt hr̄ ꝑmo Re. 9. c. ⁊ ꝑmanſiſſet ptās regia in illa tribu niſi ſaul feciſſet ꝯ p̄ceptū dei vt hr̄ ꝑmo Re. 13. c. Et dilexit ēt q̄ in ſorte ſua elegit ſibi tabernaculū. ſcōm illud elegi hierlm vt ſit nomen meū in ea. Sic ēt iacob dilexit valde beniamin: q̄ in ſenectute ſua genuit eū vt pz Geñ. 44. c. (Habitabit cōfidēter bñs deū in habitaculo ſuo.) quia in eoꝝ ſorte erat tabernaculū in quo cōfidebāt. vel oñr̄ habitare cōfidēter. i. ſine timore: q̄ fortiſſimi bellatores erāt vt pz Judi. 20. c. pugnauerūt. n. ꝯ vndeciz tribus: ⁊ bis deuicerūt eas: ⁊ ita certiſſimi fūdibularij erāt vt capillū quoq̄z raperēt: ⁊ ita manu ſiniſtra ſicut dextra pugnabāt. Iſz p̄ia expoſitio ꝺcordat magis inferiori lr̄e. (quaſi in thalamo tota die morabit). i. in templo q̄ vocat thalam⁹ ad notādū requiē contēplationis ⁊ vacationē ab alijs curis. (inter humeros eius regeſcet). i. deus in tēplo regeſcet in humeris beniamin: q̄ mōs ſyō q̄ erat intra hierlz erat loc⁹ tēpli: Iſz nō erat tēplū in altiori parte mōtis Iſz q̄ſi in medio deſcēſu mōtis in planicie q̄daz q̄ ſe hz reſpectu altiſſime ptis illi⁹ mōtis: ⁊ ptes infimas ſicut humeri in coꝛpe humano. vel dr̄ inter humeros rñdēdo ſupiori ſñie. i. iter brachia in amplexib⁹: q̄ geſcētes in thalamo ꝺtēplationis tota die voluunt i amplexib⁹ creatoris. (Joſeph quoq̄z.) Dicta b̄ñdictiōe beniamin ponit b̄ñdictio Joſeph: q̄ ſicut in hierlm q̄ eſt in ſorte beniamin ſtetit magno tpe tabernaculū. ſ. a tpe ſalomonis vſq̄ ad captiuitatē iudeoꝝ p romanos: ita in tribu Joſeph ſtetit tabernaculū. ſ. in ſylo in ſorte efraim vt pz pſal. 77. ⁊ Joſue. 18. c. ¶ Itē q̄ ioſeph ⁊ beniamin frēs vterini fuerūt vt pz Geñ. 30. et. 45. c. ſ. filij rachel: ⁊ q̄ ioſeph multū fuit dilectus a pr̄e ſuo ſicut beniamin vt pz Geñ. 37. ¶ Itē q̄ iura p̄rogenitu re ſuſcepit quātū ad duas ptes hr̄ditatis ⁊ iſup ptē agri ſichen vt pz Geñ. 48. c. Et nō b̄ñdicunt hic trib⁹ manaſſe ⁊ efraim per ſe ſz ioſeph pro filijs ſuis: q̄ nō accipiūtur ſcōm ptē hr̄ditatū ſz ſcōm pſonas: pz q̄ leui q̄ nō accepit poſſeſſionē inter frēs ſuos. vocat hic trib⁹ ioſeph cū vna pſona fuerit ſolū vnam b̄ñdictionē hābuit Iſz duas ſortes acceperit vt pz Geñ. 48. c. (De b̄ñdictione oñi dei terra ei⁹). i. terra ioſeph erat b̄ñdicta a oño: q̄ multum fertilis erat in vtraq̄z ſorte. ſ. in ſorte manaſſe ⁊ efraim. (de pomis celi). i. de fructib⁹ genitis ex virtute celi: quia ex influētia coꝛpoꝝ celeſtiuz ⁊ luminariū generātur omnia quecūq̄z ſunt in terra ſiue animata ſiue ianimata. (roze atq̄z abyſſo ſubiacēte). i. de virtute rozis ⁊ aquarū abyſſi fecundatur terra ad gignēduz ⁊ conſeruant fructus ne caloꝛe deſiccante pereant. Ros autem eſt de abyſſo. i. de terra ⁊ aqua: ga caloꝛe ſolis exītis ſup noſtrū hemiſpheriū reſoluūtur aliq̄ exhalatiōes q̄ in nocte infrigidate ⁊ in guttas cōdenſate cadūt ſup herbaz: fiūt ēt pluuie de exhalationib⁹ eleuatis altius q̄ſ fuerit in maiori quātitate: ⁊ cadentes terrā inebriāt ⁊ fecūdant. (De pomis fructuū ſolis ac lune.) Eadez ſñia ē que ſupioꝝ Iſz ponit ad maiorē expreſſionē. ¶ Notādum q̄ Iz coꝛpoꝛa celeſtia influāt vl̄r in generādo iſta iferioꝛa: tñ ſol ⁊ luna ſpālr̄ ifluūt: luna pp magnā būiditatē ifluit. ſol aūt pp magnā caliditatē ⁊ motū: ideo de ſole dr̄ q̄ ſol ⁊ hō generāt hominē: ⁊ q̄ luna eſt mr̄ oīuz humidoꝝ. (de vertice antiquoꝝ montiuz). i. terra ioſeph de vertice montiū antiquoꝝ. i. q̄ mōtes habebat in q̄b⁹ fruct⁹ citius maturant: iō magis diligunt. (de pomis colliū eternoꝝ). i. de fructib⁹ q̄ naſcunt in mōtib⁹ eternis. i. fortiſſimis ad durāduz in eternū. Et hoc vī q̄ dr̄ Geñ. 49. donec veniret deſideriū colliuz eternoꝝ. i. donec poſſideret ſemen eius montes eternos. i. montes fortes ⁊ fructiferos q̄ fuerūt in duab⁹ ſortib⁹ ei⁹. (Bñdictio illi⁹ q̄ apparuit in rubo). i. dei qui apparuit moyſi vt flāma ardens ⁊ nō ꝛſumēs. Ille q̄ apparuit moyſi in rubo angelus fuit vt declarauim⁹ Exo. 3. c. ⁊ faciebat illa loco dei atq̄z loquebat: ſic. n. pz Actuū. 7. c. cū dr̄: ⁊ expletis annis. 40. apparuit ei angelus in mōte ſyna in igne flāme rubi. ¶ Diceret tñ aliq̄s q̄ itēdebat moyſes dicere q̄ de⁹ bñdiceret ioſeph: quia ſcriptura noīat illic illū angelum nomine dei: ⁊ nō ꝑz ſic clare vtrū angelus vel de⁹ ille eēt. ¶ Sz nō pōt ſtare: q̄ Iz ſorte aliq̄s de pplarib⁹ dubitaret de hoc ⁊ peteret benedici ab illo: q̄ illuz nō angeluz eē putaret ſz deuz: moyſes tñ nō dubitaret eē angeluz cū ſe ei de⁹ manifeſtaret: nec. n. eſt admirāduz q̄ cognoſcēs illū eē angeluz deſideraret ab illo benedictionē dari ioſeph: q̄ ſepe in ſcriptura b̄ñdictio petit ab angelis ⁊ patet de iacob q̄ cū inueniſſet virū q̄ angelus erat q̄ſ vētur⁹ erat ad frēz ſuū eſau luctabat cū eo vſq̄z mane: cūq̄z angelus diceret dimitte me q̄ aurora ē. Rñdit iacob nō dimittā te niſi p̄ius b̄ñdixeris mihi: vt hz Geñ. 32. c. ⁊ ibi b̄ñdixit ei: ⁊ iterū ipſe iacob cū ſene-

Auctor fuit ꝺrie opinionis ibi. c. 13. vl̄ dic q̄ leuite poterant illos tunc occidere ex ſpāli dei mandato.

B Rab. ſa. epio. Improbatio.

beaf duo ſignat.

Benedictio Beniamin.

† Bñdictio ioſeph.

D Roſ er q̄b⁹ fit.

† Notādum

Opio quorūdam. Cōfutatio.

E

